8
Abc.

2736

Incipit hystoria libri vicesimi octavi.

Respondens autē dominus Iob de turbine dixit. Quis ē iste inuoluens sententias. sermonib⁹ imperitis. Accinge sicut uir lumbos tuos. interrogabo te. & responde m̄. Vbi eras quando ponebam fundamenta terrę. Indica m̄ si habes intelligentiam. Quis posuit mensuras ei⁹ si nosti. uel quis tetendit sup̄ eam lineam. sup̄ quo bases ei⁹ solidatę sunt. aut q̄s dimisit lapidē angularem eius. cum me laudarent simul astra matutina. & iubilarent omnes filij dei. Quis conclusit ostiis mare. quando erumpebat quasi de uulua p̄cedens. Cum ponerē nubem uestimentū ei⁹ & caligine illud quasi pannis infantię obuoluerem. circumdedi illud terminis meis. & posui uectem. & ostia. & dixi. Vsq; huc uenies. & non p̄cedas amplius. & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Explicit hystoria.

Incipit sexta pars moralium beati gregorii papę liber vicesimus octauus.

K K LYCEAL BIBLIOTHEK ZU LAIBACH



Iam pro
Rerum. post
funera pignoꝝ.
post uulnera
corporis. post
uerba male sua-
dentis uxoris. post
contumeliosa dicta
consolantiū. post
suscepta fortiter ia-
cula tot dolorum. de
tanta uirtute constan-
tię laudandus a iudice beatus
iob fuerat. s; si iam de p̄senti
seculo esset euocandus. At post-
quā hic adhuc duplicia recep-
turus est. postquā saluti pristi-
nę restituet̄. ut rebus redditis
diutius utat̄. ne p̄elationis gla-
diū ipsa illū sua uictoria sternat.
debet omp̄s d̄s increpare p̄dis-
trictam iusticiā. quē seruat ad
uitā. Quid enī peius plerumq;
animā quā conscia uirt⁹ inter-
ficit. quę illā d̄u consideratione
sua inflat. a plenitudine uerita-
tis euacuat. et d̄u se ad p̄cipien-
da p̄mia sufficere suggerit. eā
a meliorationis intentione dis-
tendit. Iustus ḡ iob ante fla-
gella extitit. s; iustior post fla-
gella p̄mansit. et laudat⁹ antea
d̄i uoce. postmod̄u creuit ex uer-
bere. Perfecto uelut tuba ductilis
ex p̄cussione p̄ducta. in laudem
dei tanto eleuat⁹ ē. quanto ma-
iore ē castigatione p̄cussus. Sed
humiliandus erat iste. qui p̄stra-
tus ulcerib⁹ sic uirtutibus stabat.
Humiliandus erat. ne tam robus-
tissimū pectus elationis tela con-
foderent. qd̄ constabat certe q̄a
et illata uulnera non uicissent.
Requirendus nimirū fuit homo.
cui⁹ debuisset cōparatione supa-
ri. Sed q̄d qd̄ de eo uoce d̄ni di-
citur: uidisti seruū meū iob q̄d
non sit ei similis sup̄ terram.
Cui⁹ ḡ cōparatione poterat uin-
ci. de quo d̄o attestante dicit̄.
quia nulli⁹ hominis cōparatiōē
posset equari. Quid itaq; agen-
d̄u est. n̄ ut ex p̄sona sua ipse
d̄ns suas illi uirtutes narret. et
dicat ei. numq̄d p̄ducis luciferū
in tempore suo. et uesp̄ū sup̄ fili-
os terrę consurgere facis. et iterū.
numq̄d ap̄tę sunt t̄ portę mor-
tis. et ostia tenebrosa uidisti. uel
certe. numq̄d post ortū tuū pre-
cepisti diluculo. et ostendisti au-
rorę locū suū. Quis ū ista n̄ d̄ns
potest. Et tamen interrogatur
homo. ut cognoscat q̄a ista n̄ po-
test. quatenus uir q̄ tam inmensis
uirtutib⁹ creuit. et nulli⁹ homini⁹
exemplo uincit̄. ne extolli debeat
si d̄i comparatione sup̄et̄. Sed

o quā potent erigit. qui tā subli-
miter humiliatur. O quanta est
hominis uictoria. ex dī cōparatio-
ne pdidisse. O quanto hominibus
maior ē. qui testimoniis conuin-
cit dō minor. Multū q̄ppe potens
ē. qui tali interrogatione osten-
dit quia potens non ē. Sed quia
ad obscura nimis disserenda du-
cimur. ad eius dē text iam uerba
ueniam. Respondens autē
dns iob. de turbine dixit. Notan-
dū uideo. q̄a si sano atq; incolomi
loqueret. ex tranquillitate dnica
locutio facta diceret. nequaquā
de turbine dnm locutū fuisse
scriberet. Sed q̄a flagellato loq̄t.
de turbine locut fuisse describit.
Aliter enī dns seruis suis loquit.
cū eos intrinsecus p cōpunctionē
puehit. aliter cū p districtionē
ne extollant p̄mit. Et blanda enī
locutionē dni amanda dulcedo
ei ostendit. p terribile ū potestas
ei metuenda monstrat. In illa p-
suadet animę ut pficiat. in ista
reprimet quę pficit. in illa dis-
cit qd appetat. in ista qd metuat.
Et illam dicit. gaude et letare filia
syon quia ecce ego uenio et habi-
tabo in medio tui. p istā dicit.
dns in tempestate ueniet. et in tur-
bine uię ei. Blandus q̄ppe ē. qui
ut inhabitet in medio uenit.
Cum ū se p tempestatē et turbi-
nē insinuat. nimirū q̄ tangit
corda pturbat. atq; ad edomanda
elationē se exerit. q̄ndo potens et
terribilis innotescit. Sciendū est
preterea q̄a in duob modis locu-
tio diuina distinguit. Aut p se-
metipsū namq; dns loq̄tur. aut
p creaturā angelicā ei ad nos uer-
ba formant. Sed cū p semetipsū
loquit. sola nobis uis interne as-
pirationis apitur. cū p semetipsū
loquit. de uerbo ei sine uerbis ac
syllabis cor docetur. quia uirt
ei intima q̄da subleuatione cog-
noscit. ad quā mens plena sus-
penditur. uacua grauat. Pondus
enī quodda ē. qd omnē animā
quā replet leuat. Incorporeū lu-
men ē. qd et interiora repleat. et
repleta exteri circūscribat. Sine
strepitu sermo ē. qui et auditum
apit. et habere sonitū nescit. Quid
enī de aduentu scī spc scriptū est.
Factus ē repente de celo sonus tā-
quā aduenientis spc uehementis.
et repleuit totā domū ubi erant
sedentes. et apparuerunt illis di-
spertite lingue tamquā ignis se-
ditq; [illegible] sup singulos eoꝝ.
Et ig[illegible] loquit ds. [illegible]nē quidē dns
ap[illegible]m celo scal[illegible]paruit. s; p se-
metip[illegible]trus l[illegible]sum locutionē
interi fecit. Et neq; ignis deus
neq; ille sonit fuit. sed p hoc qd
exteri exhibuit. expressit hoc
qd interi gessit. Quia enī disci-
pulos et zelo succensos et uerbo

Inpentec

eruditos intus reddidit. foras linguas igneas ostendit. Insignificationē q̄ admota s̄ elementa. ut ignē æ sonitū sentirent corpora. igne ū inuisibilu æ uoce sine sonitu docerent corda. foras q̄ fuit ignis qui apparuit. sed intus qui scientiam dedit. Et cū regine candacis eunuchus curru p̄sidens ut reciperet. atq; ysaiam in manibus ñ intelligens haberet. incorde numirū philippo dixerat sp̄e. Adiunge te ad currum istū. Et cū adeuocandū petrū tumentes dñm corneli militē direxisset. in mente peculdubio ab sp̄u petrus audiuit. Ecce tres uiri querunt te. surge itaq; descende æ uade cum eis. Sp̄us enī dī quasi quedā nobis uerba dicere. ē occulta uī ea que agenda sunt intimare. et cor hominis ignarū ñ ad hibito strepitu æ tarditate sermonis. peritū repente de absconditis reddere. Nam q̄a auditus ea que adse fiunt. ñ simul omnia dicta cōprehendit. quippe q̄ æ causas puerba. æ parti[illegible]culatim uerba p̄syllabas [illegible]consideratione pensat. ut sus autē [illegible]itudine u[illegible]nī meo q̄ se dirigit. [illegible]u se adh[illegible]totum subito æ simul apphendit. dei locutio ad nos intrinsecus facta. uidet poci quā audit. quia dñs semetipsā sine mora sermonis insinuat. repentina luce nr̄e ignorantiæ tenebras illustrat. Inde æ baruch neriæ filio cum requisito exponeret. quemadmodū uerba ieremię pphetantis audisset. ait. Ex ore suo loquebat. quasi legens. æ ego scribebā. Qui enī legens loq̄tur. alio intendit. sed alio uerbū facit. quia q̄d uidet dicit. pphetę q̄ dī quia ei uerba uident pocius incorde quā auduunt. quasi legentes locunt. Cum ū p angelū uoluntatē suā dñs indicat. aliquando eā uerbis. aliquando rebus demonstrat. aliq̄ndo simul uerbis æ rebus. aliquando imaginibus cordis oculis ostensis. aliquando imaginib æ ante corporeos oculos ad tempus exaere assumptis. aliq̄ndo celestib substantiis. aliq̄ndo terrenis. aliq̄ndo simul terrenis æ celestib. non numquā ū eiā p angelū humanis cordib ita loquitur. ut ipse quoq; angelis mentis obtutib presentet. Verbis namq; p anglm loquit dñs. cum nil in imagine ostendit. sed supnę uerba locutionis auduunt. sicut dicente dño pater clarifica filium tuū. ut filius tuus clarificet te. p tinus respondet. Clarificaui. itrū clarificabo. Neq; enī dñs qui sine tempore ui impulsionis intime clamat. intempore p suā substantiā illā uocē edidit. quā circumscriptā tempore p humana uerba distinxit. sed numirū de celestib

loquens uerba sua. que audiri ab ho-
minib⁹ uoluit. rationali creatura
administrante formauit. Aliq̄ndo
rebus ꝑ angelos loquit̄ d̄s. cum nil
uerbo d̄r: sed ea que futura sunt
assumpta de elementis imagine
nunciant̄. sicut ezechiel nil uerbo⁊
audiens. electri speciē in medio ig-
nis uidit. ut uidelicet d̄u sola spe-
ciem aspiceret. que eēnt innouissi-
mis uentura sentiret. Electrū q̄p-
pe ex auri argentiq; metallo miscet̄.
in qua ꝑmixtione argentū qui-
d̄e clarius reddit̄. sed tam̄ fulgor
auri temꝑatur. Quid ḡ in electro.
n̄ mediator d̄i & hominū demon-
stratur. qui d̄u semetipsū nobis
ex diuina atq; humana natura
cōposuit. & humanā ꝑ deitatem
clariorē reddidit. & diuinā ꝑ hu-
manitatē n̄ris aspectib⁹ temꝑauit.
Quod enī uirtute diuinitatis ei⁹
tot miraculis humanitas fulsit.
ex auro creuit argentū. & qd̄ ꝑ
carnem d̄s cognosci potuit. q̄dq;
ꝑ carnē tot aduersa tolerauit. qua-
si ex argento temperatū est aurū.
Quod bene & in medio ignis osten-
ditur. quia incarnationis ei⁹ mys-
teriū subsequentis iudicii flama
comitat̄. Scriptū quippe ē. Pater
non iudicat quemquā. sed om̄e
iudiciū dedit filio. Aliquando
ꝑ angelos uerbis simul & rebus
loquit̄ d̄s. cum quib⁹ d̄a motibus
insinuat. hoc q̄d sermonib⁹ narrat.

Neq; enī adam post culpā in diuini-
tatis substantia uidere d̄m potuit.
sed increpationis uerba ꝑ angelū au-
diuit. de quo scriptū est. Cum au-
disset uocē d̄ni dei de ambulantis
in paradyso ad aurā post meridiem.
abscondit se inter ligna paradysi.
Quid ē enim quod post peccatum
hominis in paradyso d̄ns non iam
stat. sed deambulat. n̄ q̄d irruente
culpa. se a corde hominis amotū
demonstrat. Quid ē ad aurā post
meridiem. n̄ q̄d lux feruentior ue-
ritatis abscesserat. & peccatricem
animā culpe sue frigora constrin-
gebant. Increpauit ḡ adam de-
ambulans. ut cecis mentib⁹ nequici-
am suā. non solū sermonib⁹ s; etiā
rebus aperiret. quatenus peccator
homo & ꝑ uerba qd̄ fecerat audi-
ret. & ꝑ deambulationē amisso
eternitatis statu mutabilitatis sue
inconstantiā cerneret. & ꝑ aurā
feruore caritatis expulso. torporē
suū animaduerteret. & ꝑ declina-
tionē solis cognosceret. q̄d ad tene-
bras ꝓpinquaret. Aliquando ima-
ginib⁹ cordis oculis ostensis. ꝑ an-
gelos loquit̄ d̄s. sicut iacob sub
nixam celo scalam dormiens uidit.
sicut petrus linteū reptilibus ac
quadrupedib⁹ plenū in extasi rap-
tus aspexit. qui n̄ in corporeis
hec oculis cerneret. in extasi non
fuisset. sicut paulo in uisione
noctis uir macedo apparuit.

qui transire cū macedoniā rogauit.
Aliquando imaginib⁹ & ante corpo-
reos oculos ad tempus ex aere as-
sumptis ꝑ angl'os loquitur d̄s. sic
abraham non solū tres uiros uidere
potuit. sed etiā habitaculo terre-
no suscipere. nec solū suscipe. sed
eorū usibus etiā cibos adhibere.
Nisi enim angeli quedā nobis in-
terna nuntiantes. ad tempus ex
aere corpora sumerent. exteriori-
bus ꝓfecto nr̄is obtutib⁹ non ap-
parerent. nec cibos cum abrahā
caperent. n̄ ꝓpter nos solidū ali-
quid ex celesti elemento gestarent.
Nec mirū qd̄ illic ipsi qui suscep-
ti sunt. m̄ angl'i. m̄ d̄ns uocant.
quia angelor̄ uocabulo expri-
munt. qui exterius ministrabant.
& appellatione d̄ni ostendit. qui
eis interius p̄erat. ut ꝑ hoc p̄si-
dentis imꝑium. & ꝑ illud clares-
ceret officiū ministrantiū. Ali-
quando celestib⁹ substantiis ꝑ an-
gl'os loquit d̄s. sicut baptizato d̄no
scriptū ē. quia de nube uox so-
nuit dicens. Hic ē filius meus
dilectus. in quo m̄ cōplacuit.
Aliq̄ndo terrenis substantiis ꝑ
angelos loquit d̄s. sicut cum
balaam corripuit. in ore asine
humana uerba formauit. Aliq̄n-
do simul & terrenis & celestibus
substantiis ꝑ angl'os loquit d̄s.
sicut ad moysen in monte cum
iussionis sue uerba edidit. ignē
rubūq; sociauit. atq; aliud superi⁹
aliud inferius iunxit. Quod tam̄
tunc solidū agitur. cū ex ipsa ali-
quid coniunctione signat. Nam
ꝑ succensū rubū moysen alloquens
quid aliud ostendit. n̄ qd̄ eius
ꝓpl'i ductor fieret. qui & legis fl'a-
mam ꝑciꝑet. & tamen peccati spi-
nam nequaquā uitaret. uel qd̄ ex
illo ꝓpl'o exiret. qui in igne deita-
tis carnis nr̄e peccata quasi rubi
spinas acciꝑet. & in consumptā
humanitatis nr̄e substantiā etiā
in ipsa diuinitatis fl'ama serua-
ret. Non numquā ū humanis
cordib⁹ etiā ꝑ angelos d̄s secreta
eor̄ p̄sentia. uirtutē sue aspirati-
onis infundit. Vnde zacharias
ait. Dixit ad me angl's. q̄ loqueba-
tur in me. Dum ad se quidē sed
tamen in se loqui angl'm dicit.
liquido ostendit. q̄d is qui ad ipsū
uerba faceret. ꝑ corporeā speciē
extra non eēt. Vnde & paulo post
subdidit. Et ecce angl's qui loque-
bat in me. egrediebat. Sepe enim
n̄ exterius apparent. sed sicut s̄
angelici sp̄c. uoluntate d̄i ꝓphe-
tarum sensib⁹ innotescunt. atq;
ita eos ad sublimia subleuant.
& queq; in rebus futura sunt. in
causis originalib⁹ p̄sentia demon-
strat. Humanū namq; cor ipso
carnis corruptibilis pondere gra-
uatū. hanc ipsā corpulentiā suā
quasi obicē sustinens interna n̄

penetrat. et graue exterius iacet. quia
leuantem manum interius non habet.
Vnde fit sicut dictum est. ut prophetarum
sensibus ipsa ut est subtilitas angelice
uirtutis appareat. eorumque mens quo
subtili spiritu tangitur. leuetur. et non
iam pigra torpensque in imo iaceat
sed repleta intimis afflatibus ad
superna conscendat. atque inde quasi
de quodam rerum uertice que intra
se uentura sunt uideat. Sed ne
quis in predictis zacharie uerbis an
geli designato nomine. uel patrem.
uel filium. uel spiritum sanctum putet. si tex
tum scripture sacre considerat. quod
sentit uelociter emendat. que nun
quam patrem nunquam spiritum sanctum. et
non nisi per incarnationis sue predica
tionem filium angelum uocat. Vnde
et in eiusdem zacharie uerbis ap
te ostenditur. quod in illo uere angelus
idem creatura loqueretur. cum dicitur.
Et ecce angelus qui loquebatur in me.
egrediebatur. Statimque subiungitur.
Et alius angelus egrediebatur in occur
sum eius. et dixit ad eum. Loquere ad
puerum istum dicens. Absque muro ha
bitabitur hierusalem. Non est itaque deus an
gelus qui mittitur. cui uerba ab an
gelo que dicere debeat iubentur.
Sed quia in conspectu conditoris
angelica ministeria ordinata
graduum positione distincta sunt.
ut et pro communi felicitate beatitu
dinis opificem suum simul uidentes
gaudeant. et tamen pro dispositio
ne dignitatis aliis alii subminis
trent. ad propheham angelus angelum
mittit. et quem secum de deo gaudere
communiter conspicit. et docet. et
dirigit. quia eum et per superiorem
scientiam uirtute cognitionis. et
per prestantiorem gratiam culmine po
testatis excedit. Hec igitur dicta sunt.
ut quibus modis loquitur deus hominibus
monstraretur. Cum uero beato iob res
pondisse dominus de turbine dicitur.
utrum per semetipsum. an ei per angelum sit
locutus ambigitur. Potuerunt quippe
per angelum commotiones aeris fieri.
et hec ei que subiuncta sunt per eum
uerba mandari. Rursumque potuit
et exterius angelus in turbine aerem
excutere. et tamen interius per semet
ipsum dominus uim sue sententie cor
di eius sine uerbis insonare. ut cre
datur quod dicta dominica que
secuntur. ipse iam per uerba protulit.
qui repletus deo hec sine uerbis au
diuit. Itaque dicitur. Quis est iste
inuoluens sententias sermonibus
imperitis. Sicut et superiori parte
iam diximus. prima exprobratio est
talis interrogatio qua dicitur.
Quis est iste. Helyum enim arroganter
locutus fuerat. et quis est iste non
dicimus. nisi de eo utique quem nes
cimus. Scire autem dei approbare est.
nescire reprobare. Vnde quibusdam
quos reprobat dicit. Nescio uos
unde sitis. Discedite a me omnes
operarii iniquitatis. Quid est igitur de

hoc arrogante requirere. quis ē iste.
n̄ apte dicere. ego arrogantes nes-
cio. id ē eorū uitam insapientię
meę arte non approbo. quia dum
laudib⁹ humanis inflant̄. auera
gloria eterne retributionis inanes-
cunt. Ineo ū qd̄ ait sententias. ⁊
non addidit quales. bonas utiq;
accipim⁹. Quas quidē impitis asse-
rit sermonib⁹ inuolutas. quia cū
uerbis iactantię fuerant plate.
Impicię quippe uiciū est rectum
non recte sape. id ē celeste donū
ad appetitū terrene laudis incli-
nare. Sicut enī contingit sepe
ut ⁊ bona male. ⁊ mala bene p-
ferant̄. ita helyū arrogans recta
non recte ptulit. quia humiles
indi defensione sententias non
humiliter dixit. Vnde ⁊ eorū
qui intra ecclam catholicā in a-
ni gloria student. non inmerito
typū tenet. qui dū se p̄ceteris p-
itos credunt. diuino iudicio de
impicia redarguunt̄. quia sicut
ait apl̄s. si quis se existimat ali-
qd̄ scire nondū cognouit quē ad
modū oporteat eum scire. Quia
enī prima stulticia angli elatio
cordis fuit. uera sapientia efficit̄
hominis humilitas suę estimati-
onis. Iuā q̄squis ul̄ magna sapi-
endo deserit. eo ipso uehementer
desipit. quo semetipsū nescit.
Vnde ⁊ helyu sententias ptulit.
⁊ impitis sermonib⁹ inuolutas.

quia ⁊ de dō rectū qd̄ diceret. no-
uerat. ⁊ tamen de semetipso dicta
illi⁹ elatio stulta fatuabat. Hoc ita-
q; despecto ad erudiendū iob uer-
ba uertunt̄. ac dicit̄. Accinge sicut
uir lumbos tuos. Scriptura sacra
uiros uocare consueuit. qui nimi-
rū uias dn̄i fortib⁹ ⁊ non dissoluti-
gressib⁹ sequunt̄. Vnde ⁊ p psal-
mistā dicitur. Viriliter agite ⁊
confortet̄ cor urm̄. Vnde ⁊ pau-
lus ait. Remissas man⁹. ⁊ dissoluta
genua erigite. Vnde sapientia in
puerbiis dicit. O uiri. ad uos cla-
mito. Ac si apte diceret. Ego non
feminis sed uiris loquor. quia
hi qui influxa mente sunt mea
uerba pcipe nequaquā possunt.
Lumbos ū accingere. ē uel inope
luxuriā. uel incogitatione re-
frenare. Delectatio namq; carnis
in lumbis ē. Vnde ⁊ scīs predica-
torib⁹ dicit̄. Sint lumbi uri p̄cinc-
ti. ⁊ lucerne ardentes. P lumbos
enī luxuria. p lucernas aut̄ bonoꝝ
opum claritas designat̄. Iubent̄
ḡ lumbos accingere. ⁊ lucernas
tenere. Ac si apte audiant. Prius
in uobismetipsis luxuriā restrin-
gite. ⁊ tunc de uobis aliis bonoꝝ
opum exempla monstrate. Sed
cū beatū iob tanta p̄ditū castitate
nouerim⁹. cur ei post tot flagella
dicit̄. accinge sicut uir lumbos tuos.
id ē sicut fortis restringe luxuriā.
n̄ quia alia ē carnis luxuria qua

In natl. ofess.

castitatē corrupim⁹. alia ū luxuria
cordis ē. qua de castitate gl'amur.
Dicit' g̊ ei. Accinge sicut uir lūbos
tuos. ut qui prius luxuriā corrup-
tionis uicerat. nunc luxuriā restrin-
gat elationis. ne de patiencia uel
de castitate sup̄biens. tanto peius
intus ante oculos d̄i luxuriosus
existeret. quanto magis ante ocu-
los hominū. et patiens et castus
appareret. Vnde bene p̄ moysen
dicit'. Circumcidite p̄putiūtam cor-
dis uri. idest postquā luxuriā a
carne extinguitis. etiā sup̄flua a
cogitatione resecate. Sequitur.
Interrogabo te. et responde mi.
Tribus modis nos conditor nr̄
interrogare consueuit. cū aut
flagelli districtione nos p̄cutit.
et quanta nobis insit uel de sit
pacientia ostendit. aut queda
que nolum⁹ p̄cipit. et nr̄am nobis
obedientiā uel inobedientiā pate-
facit. aut aliqua nobis occulta a-
perit. et aliqua abscondit. et men-
surā nobis nr̄e humilitatis inno-
tescit. Flagello namq; interrogat.
cū mentē bene sibi p̄ tranquillita-
tē subditā afflictionib⁹ pulsat.
sicut isdem iob et laudat' attesta-
tione iudicis. et tamen ictib⁹ con-
cidit' p̄cussoris. ut ei⁹ pacientia
tanto ueri⁹ clarescerет. quanto in-
quisita duri⁹ fuisset. Precipiendo
aut' dura nos interrogat. sicut
abraham terrā suā iubet' egredi.

et p̄gere quo nesciebat. in montem
unicū filium ducere. et quē ad con-
solationem senex accep̄at immolare.
Cui nimirū ad interrogationē bene
respondenti. id ē ad iussionē obedi-
enti dicit'. nunc cognoui qd̄ times
d̄m. vl' sicut scriptū ē. temptat
uos d̄ns d̄s ur̄. ut sciat si diligitis
eū. Temptare quippe d̄i ē magnis
nos iussionib⁹ interrogare. scire
quoq; ei⁹ ē nr̄am obedientiā nosse
nos facere. Ap̄iendo ū nobis quedā
atq; claudendo nos interrogat
d̄s. sicut p̄ psalmistā dicit'. Pal-
pebre ei⁹ interrogant filios homi-
nū. Palpebris quippe ap̄tis cernim⁹.
clausis nil uidem⁹. Quid g̊ p̄ palpe-
bras d̄i n̄ eius iudicia accipimus.
que iuxta aliq̄d claudunt' homi-
nib⁹ et iuxta aliquid reserant'. ut
homines qui se nesciunt. sibimet
ipsis innotescant. quaten⁹ dum
queda intelligendo cōprehendunt.
queda ū cognoscere om̄ino n̄ pos-
sunt. eor̄ corda se se latenter in-
quirant. si illos diuina iudicia.
vl' clausa n̄ stimulant. vl' ap̄ta n̄
inflant. Hac enī paulus interro-
gatione p̄batus ē. qui post p̄cep-
tam internā sapientiā. post ap̄ta
claustra paradysi. post ascensum
celi tercii. post sup̄ne locutionis
mysteria. ad huc dicit. ego me n̄
arbitror comp̄hendisse. Et rursū.
Ego sum minim⁹ ap̄lorū. qui n̄
sum dign⁹ uocari ap̄ls. Et rursū.

Non quia sufficientes sum⁹ cogitare
aliq̄d a nobis quasi ex nobis. sed
sufficientia nr̄a ex d̄o ē. Aptis ḡ pal-
pebris d̄i interrogat⁹ paulus recte
respondit. qui & sup̄na secreta at-
tigit. & tamen in humilitate cor-
dis sublimiter stetit. Qui rursum
d̄u secreta d̄i iudicia de repulsio-
ne iudeor̄ & gentiū uocatione dis-
cuteret. atq; ad ea p̄uenire n̄ pos-
set. quasi clausis palpebris d̄i in-
terrogat⁹ ē. Sed rectū ualde res-
ponsum reddidit. qui d̄o se in ip-
sa sua ignorantia scienter incli-
nauit dicens. O altitudo diuiciar̄
sapientię & scientię d̄i. quā incō-
prehensibilia sunt iudicia ei⁹. &
inuestigabiles uię ei⁹. Quis enī cog-
nouit sensū d̄ni. Aut quis consi-
liari⁹ ei⁹ fuit. Ecce enī absconsis
mysteriis quasi clausis palpebris
inquisit⁹ placita ac recta respon-
dit. qui secreti aditū pulsans q̄a
per cognitionē intromitti ad in-
teriora n̄ ualuit. p̄ confessionē
ante ianuas humilis stetit. &
q̄d intus comp̄hendere n̄ potuit.
foris timendo laudauit. Unde
nunc quoq; beat⁹ iob post inter-
rogationē uerberis. discutit̄ int̄-
rogatione sermonis. ut quę sint
sup̄na consideret. quę d̄u mini-
me comp̄henderit. ad semetipsū
redeat. & quā sit iuxta nichilū
incōparatione sup̄norū cognos-
cat. Audiat itaq;. Interrogabo
te & responde m̄i. ac si apti⁹ dicatur.
Verbis meis ad sublimia consideran-
da te excito. & d̄u ea quę sup̄ te sunt
nescire te p̄spicis. tibimetipsi te no-
ciorem reddo. Tunc enī m̄i uere res-
pondes. si quę ignoras intelligis.
Sequit̄. Ubi eras q̄ndo ponebam
fundamenta terrę. Indica m̄i si ha-
bes intelligentiā. quis posuit men-
suras ei⁹ si nosti. Vel quis tendit
sup̄ eā lineam. Sup̄ quo bases illius
solidatę sunt. Ecce quasi om̄ia de
mundi origine narratione hysto-
rica contexunt̄. repente ū subiun-
git̄. quod n̄ de mundi. sed de ęcclę
dictū conditione uideat̄. Nā dicit̄.
Aut quis dimisit lapidē angula-
rē eius. P̄ hoc enī q̄d non in mun-
di origine factū ē. & illud sup̄ius
ostendit̄. quia de mundi origine
dictū non ē. Idcirco namq; rebus
planis ac patentib⁹ obscura quedā
ac dissona p̄miscent̄. ut p̄ hoc
q̄d ab intellectu litterę discrepat.
& illud inquirat̄ mystice q̄d dictū
iuxta litterā sonat. Nā quia sicut
aliis rebus aptis alia clausa cog-
noscim⁹. ita aliis clausis compel-
limur. & illa altiore intellectu
pulsare. quę apta credebam⁹. Di-
cat ḡ. Ubi eras quando ponebam
fundamenta terrę. In scriptura
sacra q̄d aliud fundam̄ta quā p̄-
dicatores accipim⁹. Quos d̄u pri-
mos d̄ns in scā ęccl̄a posuit. tota
in his seq̄ntis fabricę structura

surrexit. Unde et sacerdos cum taber-
naculum ingreditur. duodecim lapi-
des portare in pectore iubetur. quia
uidelicet semetipsum pro nobis sacri-
ficium offerens pontifex noster. dum
fortes in ipso exordio predicatores
exhibuit. duodecim lapides sub
capite in prima sui corporis par-
te portauit. Sancti itaque apostoli. et pro
prima ostensione ornamenti la-
pides sunt in pectore. et pro prima
soliditate edificii in solo fundamen-
ta. Unde dauid propheta. cum sanctam
ecclesiam in sublimibus apostolorum
mentibus poni edificarique conspi-
ceret. ait. fundamenta eius in mo-
ntibus sanctis. Cum uero in sacro eloquio.
non fundamenta singulari nu-
mero fundamentum dicitur. nullus
alius designatur nisi ipse dominus. per cuius
diuinitatis potentiam. nutantia
infirmitatis nostre corda solidantur.
De quo et paulus ait. fundamentum
aliud nemo potest ponere preter
id quod positum est. qui est xpc ihc.
Ipse quippe fundamentum funda-
mentorum est. qui et origo est inchoan-
tium. et constantia robustorum. Quia
igitur fundamenta nostra sunt hii qui
iniquitatum nostrarum pondera porta-
uerunt. ne beatus iob in superbiam
de uirtutum suarum potentia suble-
uetur. in ipsa dominici prima parte
sermonis de sanctorum predicatorum com-
memoratione discutitur. ut
quanto illos admirabiles uenire
conspiceret. tanto in eorum compa-
ratione de se uilius estimaret.
Quod idcirco a domino iam quasi preteri-
tum describitur. quia quicquid foris
futurum est in opere. intus iam factum est
in predestinatione. Dicitur itaque ei.
Ubi eras quando ponebam fundamen-
ta terre. Ac si aperte diceretur. Uirtu-
tem fortium considera. meque eorum
ante secula auctorem pensa. et cum
eos quos in tempore condidi mira-
biles suspicis. perpende quantum mihi
subdi debeas. quem auctorem mira-
bilium sine tempore esse cognoscis.
Sequitur. Indica mihi si habes intelli-
gentiam. quis posuit mensuras eius
si nosti. Vel quis tendit super eam
lineam. Mensurarum linee inter-
rarum partione tenduntur. ut dimen-
sionis equitas ex ipsa linearum ten-
sione teneatur. In carne autem dominus
ad ecclesiam ueniens. mensuras terre
lineis mensus est. quia fines ecclesie
occulti iudicii subtilitate distin-
xit. Huius terre occulte mensure
vel linee tendebantur. quando predica-
tores sancti agente spiritu in aliis partibus
mundi uocabantur ut irent. ad a-
lias uero partes arcebantur ne accede-
rent. Paulus namque apostolus cum mace-
doniam predicare negligeret. per uisum
illi apparuit uir macedo qui di-
ceret. Transiens in macedoniam ad-
iuua nos. At contra sicut scriptum
est. temptabant apostoli ire asiam.
et non permisit eos spiritus ihu. Dum igitur

p̄dicatores sc̄i & uocant̄ ad mace-
doniā. & ab asia ꝓhibent̄. ista occul-
tarū mensurarū linea illic ducta
ē. hinc reducta. illic tenditur: ut
macedonia intra sc̄ę ęcclę spacia
colligatur. hinc attrahit̄. ut ex-
tra fines fidei asia relinquatur.
Erant q̄ppe tunc in ea qui colli-
gendi non erant. quib⁹ iuxta me-
ritū suū ꝑditis. iam nunc asia
intra mensuras ęcclę d̄o largiente
suscepta ē. Intra has ḡ mensuras
sunt om̄s electi. extra has om̄s re-
ꝓbi. etiā si intra fidei limitē ēē
uideant̄. Unde & in apocalypsi
scriptū ē. Atriū qd̄ foris templū ē.
eice foras. nec metieris eū. Quid
enī aliud atriū quā latitudinē
uitę p̄sentis significat. Et rec-
te foris templū sunt. qui ꝑ atriū
designant̄. Atq; ideo meciendi
n̄ sunt. quia angusta porta ē
quę ducit ad uitā. & latitudo
uitę prauoꝝ. n̄ admittit̄ ad men-
suras & regulas electoꝝ. Istę sp̄ita-
les lineę occulto iudicio tende-
bant̄. quando cuid̄a dicenti.
magister sequar te q̄cumq; ie-
ris. eiusd̄e uoce magistri. respon-
sum ē. Vulpes foueas habent. &
uolucres cęli nidos. filius autē
hominis non habet ubi caput
suū reclinet. Istę mensurę & lineę
tendebant̄. quando cuid̄a dicen-
ti. d̄ne dimitte me primū ire
& sepelire patrem meū. eiusd̄e

magistri uoce responsū ē. Sine ut
mortui sepeliant mortuos suos.
tu aut̄ uade annuntia regnū d̄i.
Ecce alius secuturū se ꝓmittit. &
repellitur. ali⁹ se relaxand̄u postu-
lat. & retinet̄. Unde hoc. n̄ quia
sup occulta cordis spacia supnoꝝ
iudicioꝝ lineę tendebant̄. ut &
hunc intus incomp̄hensibiles m̄-
surę constringerent. & ille foras
n̄ iniuste remaneret. Sed cum
nullus nesciat. quia d̄s has occul-
toꝝ lineas tendat. cur ad iob d̄r.
indica m̄ si habes intelligentiam.
quis posuit mensuras eius si nosti.
vl̄ quis tetendit sup eā lineam.
An idcirco requirit̄. ut qd̄ nosse.
sed tamen p̄termittere poterat
memoret̄. quaten⁹ pondus secretoꝝ
d̄i sollicici⁹ penset. dispositionē
uidelicet hominis non inhuma-
nis uirib⁹ sed in manu consistere
conditoris. ut d̄u considerat in
uisibiliter ista quis agat. suę uir-
tuti nil tribuat. nec iam de se ali-
q̄d audeat cū d̄i iudicia occulta
formidat. sed ꝑpendens desup
mensuras & lineas incomp̄hensi-
biliter tensas. sit tanto magis
in humilitate formidinis. q̄nto
magis pendere uidet om̄a in po-
testate mensoris. Sequit̄. Sup q̄
bases illi⁹ solidatę sunt. Quid a-
liud hui⁹ terrę bases. quā sc̄ę ęcclę
doctores accipim⁹. In basib⁹ q̄ppe
columpnę. in colupnis aut̄ toci⁹

fabricę pondus erigit. Non ḡ inme-
rito doctores sc̄i basium nomine
designant. quia d̄u recta p̄dicant.
& p̄dicationi suę uiuendo concor-
dant. omne pondus eccl̄ę fixa
morū suoꝝ grauitate sustentant.
asperas ab infidelib⁹ temptationes
feriunt. & quęq; in p̄ceptis dei
uelut difficilia a fidelib⁹ formi-
dant. exemplis op̄um facilia os-
tendunt. Vnde & bene cū in ty-
po eccl̄ę tabernaculū figeret. ad
moysen dicit. Facies columpnas
quatuor. & bases earū uestitas ar-
gento. In argento enī q̄d aliud. q̄m
claritas diuini sermonis accipit.
sicut scriptū ē. eloquia d̄ni eloq̄a
casta. argentū igne examina-
tū p̄batum terrę. Bases ḡ argen-
to uestitę quatuor colūpnas ta-
bernaculi sustinent. quia p̄dica-
tores eccl̄ę diuino eloquio deco-
rati. & in cunctis se exemplū pre-
bent. quatuor euglistarū dicta
& ore & op̄ibus portant. Possunt
etiā p̄ bases p̄phetę signari. qui d̄u
primi ap̄te de d̄nica incarnatio-
ne locuti sunt. quasi quasd̄a ba-
ses eos conspicim⁹ a fun[illegible]damēto
surgere. & sup̄ positę fabricę pon-
dera sustinere. Vnde ad moysen
rursū d̄ns cum tabernaculi tabu-
las erigi p̄cepit. fundi earū bases
argenteas iubet. Quid enī p̄ tabu-
las n̄ ap̄li tensa in mund̄u p̄dica-
tione dilatati. Quid p̄ bases ar-
genteas. n̄ p̄phetę signant. qui super
impositas tabulas ipsi firmi ac fusi-
les sustinent. quia ap̄lorum uita
d̄u eoꝝ p̄dicatione instruit. eoꝝ &
auctoritate solidatur. Vnde &
coniunctę binę bases. singulis ta-
bulis subponunt. quia d̄u p̄phetę
sc̄i in uerbis suis de mediatoris in-
carnatione concordant. subseq̄n-
tes p̄dicatores eccl̄ę indubitanter
ędificant. ut cum a semetipsis n̄
discrepant. illos in se robustius
figant. Nec inmerito bases quib⁹
p̄phetę signant. ut ex argento de-
beant fundi precipit. Argenti q̄p-
pe claritas ex usu seruat. sine usu
aut̄ in nigredinē uertitur. P̄phe-
tarū quoq; dicta ante mediato-
ris aduentū q̄a in usu sp̄italis in-
telligentię non erant. d̄u conspi-
ci p̄ obscuritate n̄ poterant. qua-
si nigra remanebant. At postquā
mediator ueniens ea ante
oculos n̄ros incarnationis suę
manu tersit. q̄cquid lucis in eis
latebat inclaruit. sensusq; pa-
trū p̄cedentiū in usum dedit.
quia uerba rebus exposuit. Siue
itaq; p̄phetas. seu doctores extre-
mis temporib⁹ subsequentes basi-
um appellatione significet. di-
cat. sup̄ quo bases illis consolidatę
sunt. subaudis n̄ sup̄ me q̄ cuncta
mirabiliter teneo. & bonis exte-
rioribus intus p̄ncipaliter origi-
nē presto. Qui enī sibi q̄d bonū

ē tribuit. solida basis non ē. quia
dū fundamento non innititur. ipso
suo pondere inima precipitatur.
Sed cum tā multa de eccle scē con-
structione referantur. audire mens
appetit. inimicę nationes qua uir-
tute coniunctę sunt. id ē diuersa
huius domus edificia qua sibi arte
concordent. Sequitur. Aut quis di-
misit lapidē angularē eius. Iam
p diuinā grām omnibus liquet. quē
scriptura sacra angularē lapidem
uocet. Illū pfecto. qui dū in se hinc
iudaicū. illic gentile pplm suscepit.
in una eccle fabrica quasi duos pa-
rietes iungit. illū de quo scriptū
ē. fecit utraq; unū. Qui angularē
se lapidē non solū in inferioribus
sed ꝛ in supnis exhibuit. quia ꝛ
in terra plebi israheliticę nationes
gentiū. ꝛ utraq; simul anglis so-
ciauit in cęlo. Eo quippe nato cla-
mauerunt angeli in terra. pax
hominibus bonę uoluntatis. In
ortu enī regis nequaquā p mag-
no offerrent hominibus pacis gau-
dia. si discordiā non haberent.
De hoc lapide p pphetam dicitur.
Lapidē quē repbauerunt edifi-
cantes. hic factus ē in caput an-
guli. Huius lapidis typum iecho-
nias rex tenuit. quē matheus
dū quater denas generationes
describeret. scdo numerauit.
Iuē enī fini scdę. ipsū rursum
in cio tercię generationis inseru-

it. Ipse namq; in babyloniā cum
israhelitica plebe migratus ē. qui dū
ab aliis ad alia ducitur. p utriusq;
parietis latere non in merito scdo
numeratur. cuius migrationis fle-
xu angularē lapidem signat.
Vbi enī ordo a rectitudine flectitur.
ut eat in diuersū. tamquā angu-
lum facit. Recte q numerari bis po-
tuit. quia p utrūq; parietē qua-
si duo in se latera ostendit. Vnde
ꝛ eius bene imaginē tenuit. qui
in iudea ortus gentile pplm colli-
gens quasi ab hierosolimis baby-
loniā uenit. atq; hanc in semet
ipso fidei fabricā prius discordi
studio scissam arte caritatis in-
texuit. Sed hęc quę de signi-
ficatione scē eccle dicta sunt.
placet ut breuiata replicatione
moraliter disserantur. Dignū namq;
ē ut p ea quę beato iob dici cog-
noscimus ad corda nrā reuocemus.
q̄a uerba dī tunc mens uerius in-
telligit. cū in eis semetipsā querit.
Ecce enī dicitur. Vbi eras quando
ponebā fundamenta terrę. Si
peccatoris animus puluis ē. quia
in sup[illegible]ficię tollitur. ꝛ tempta-
tionis aura raptatur. unde scrip-
tum ē. non sic impii non sic. sed
tamquā puluis quē pcit uentus
a facie terrę. nil obstat intelligi
terrā animā iusti. de qua scriptū
ē. terra enī sepe uenientē sup se
bibens ymbrē. ꝛ generans herbā

oportunā illis a quib⁹ colit. accipit
benedictionē. Sed hui⁹ terre funda
mentū. fides ē. Hui⁹ terre fundam̄
tū iacitur. quando in occultis cor
dis p̄ma soliditatis causa diuinus
timor inspirat. Iste nec dū credit
eterna que audit. huic dū fides
datur. ad edificiū subsequentis
opis. iam fundamentū ponit. Ille
eterna iam credit. nec tam̄ metuit.
uenturi iudicii terrorē despicit.
peccatis se carnis. & spc̄ inuoluit
audenter. huic cū repente futu
roꝝ timor infundit ut bone ui
te edificiū surgat. iam fundam̄
ta construunt. Posito itaq; p̄spe
formidinis fundam̄to. cum uir
tutū fabrica in altū ducit. necēē
est ut unusquisq; p̄ficiens uires
suas caute metiatur. ut cū diui
na constructione magnus ēē iā
cepit. semetipsū respiciat sine ces
satione q̄d fuit. quaten⁹ attendens
humiliter q̄d p̄meritū inuent⁹
ē nequaquā sibi arroget. q̄d per
grām factus ē. Vnde & nunc be
atus iob p̄supnam uocē ad semet
ipsū reducitur. & ne de uirtu
tib⁹ gloriari audeat. de ante ac
ta uita memorat. eiq; dicit. Vbi
eras quando ponebā fundam̄ta
terre. Ac si iustificato peccatori
ap̄te ueritas dicat. Virtutes a
me acceptas t̄ non tribuas. no
li contra me de meo munere ex
tolli. recole ubi te inueni. q̄ndo

inte p̄ma fundamenta uirtutū
posui. recole ubi te inueni. q̄ndo
meo te timore solidaui. Vt q̄ ego
inte non destruā q̄d construxi.
ipse non cesses considerare q̄d rep
peri. Quē enī ueritas. n̄ aut infla
giciis. aut in excessib⁹ inuenit.
Sed post hec bene possum⁹ serua
re q̄d sumus. si numquā negli
gimus pensare q̄d fuim⁹. Non nū
quā tamen clandestina elatio
etiā sollicitis surripere cordib⁹
solet. ut bonoꝝ cogitatio licet
subtilis ac p̄ssa cum ualde in uir
tutib⁹ crescit. oblita infirmitatis
p̄prie nequaquā ad memoriā
reuocet. q̄d in uiciis fuerit. Vn
de omp̄s d̄s. quia augeri infir
mitatē etiā de remediis salutis
conspicit. mensurā ipsis n̄ris p̄
uectib⁹ imponit. ut habeamus
queda uirtutū bona que numq̄
quesiuim⁹. ut queram⁹ quedam
nec tamen habere ualeamus.
quaten⁹ mens n̄ra. dū hec n̄ potest
habere que appetit. & illa se in
telligat de semetipsa n̄ habere
que habet. & p̄ ea que sunt. con
siderent illa que desunt. & p̄ ea
que utiliter desunt. seruentur
humilit̄ bona que sunt. Vnde
& recte p̄ hui⁹ terre. id ē iuste a
nime dispensatione subiungit.
Indica m̄ si habes intelligentiā.
quis posuit mensuras eius si nos
ti. vl quis tetendit sup eā lineā.

Quis enī n̄ conditor nr̄: huius terrę
mensuras ponit. qui interni iudi-
cii secreto moderamine. alii ser-
monē sapientię. alii sermonē sci-
entię. alii plenam fidē. alij grām
sanitatū. alii opationē uirtutū.
alii ꝓpheciā. alii discretionem
spūum. alij genera linguarum.
alii interp̄tationē sermonū tri-
buit. quatenus in uno eodēq; spū.
iste uerbo sapientię polleat. nec
tamen sermone scientię. id ē do-
ctrine fulciat. quia sentire atq;
inuenire sufficit. etiā quod ꝑ
discendi studiū non apprehendit.
ille sermone scientię fulgeat.
nec tamen in uerbo sapientię
conualescat. q̄a ꝛ sufficit explere
quantū didicit. ꝛ tam̄ ad senti-
endū ex semetipso subtile aliq̄d
non assurgit. iste ꝑ fidē ꝛ elem̄-
tis imperet. nec tamen ꝑ sanitatū
grām infirmitates corporꝝ curet.
ille orationis ope morbos sub-
trahat. nec tamen arenti terrę
uerbo pluuias reddat. iste opa-
tione uirtutū ad presentē uitā
etiā mortuos reuocet. ꝛ tamen
ꝓphetię grām non habens. quę
sibi uentura sunt ignoret. ille
uentura quęq; uelut p̄sentia at-
tendit. ꝛ tamen in nulla signoꝝ
opatione se exerat. iste ꝑ discre-
tionē spūum in factis subtiliter
mentes conspiciat. sed tamen
diuersi generis linguas nesciat.

ille diuersi generis linguas exa-
minet. sed tamen in rebus similib⁹
dissimilia corda non penset. alijs
in una lingua quā nouit sermo-
nū pondera interp̄tando pruden-
ter discutiat. ꝛ tam̄ reliquis bo-
nis quę non habet pacient̄ careat.
Sic itaq; creator nr̄ ac dispensa-
tor cuncta moderatur. ut qui
extolli poterat ex dono qd̄ habet.
humiliet̄ ex uirtute quā non ha-
bet. sic cuncta moderat̄. ut cū ꝑ
impensā grām unū quēq; suble-
uat. etiā ꝑ disparē alteri alterū
subdat. ꝛ meliorē quisq; dono
alio eū qui sibi subicitur atten-
dat. ac licet se p̄ire ex aliis senti-
at. eidē tam̄ q̄ supat. se ī aliis p̄t poni
sic cuncta moderat̄. ut dū singula
quęq; sunt omniū. interposita
gl̄a caritatis quadā necessitudi-
ne fiant omnia singuloꝝ. ꝛ unus
quisq; sic qd̄ non accepit in alte-
ro possideat. ut ipse alteri possi-
dendū qd̄ accepit humiliter
impendat. Hinc enī ꝑ petrū dr̄.
Vnus q̄sq; sicut accepit grām illā
in alterutrū administrantes.
sicut boni dispensatores multi-
formis grē dī. Tunc namq; bene
multiformis grā dispensatur.
quando acceptū donū ꝛ ei qui
hoc non habet credit̄. quando
ꝓpter eū cui impenditur. datū
putatur. Hinc ꝑ paulū dicitur.
Ꝑ caritatē seruite inuicē. Tunc

enī nos caritas a iugo culpę liberos
reddit. cum uicissim nos nr̄o ꝑa-
morē seruicio subicit. cū ⁊ aliena
bona nr̄a credim⁹. ⁊ nr̄a aliis qua-
si sua offerentes exhibem⁹. Hinc
rursū ꝑ paulū dicit. Nam ⁊ cor-
pus non ē unū membrū. sed mu-
lta. Si dixerit pes. quō non sum
manus. non sū de corpore. non
ideo non ē de corpore. Et si dix-
erit auris. quō non sū oculus.
non sū de corpore. non ideo n̄ ē
de corpore. Si totū corpus ocl̄s.
ubi auditus. Si totū auditus
ubi odoratus. Et paulo post.
Quod si eēnt omnia unū m̄brū.
ubi corpus. Nunc aut̄ multa
quidē mēbra. unū aut̄ corpus.
Quid enī sc̄a ęccl̄a. n̄ sup̄ni capi-
tis corpus est. In qua ali⁹ alta ui-
dendo oculus. ali⁹ recta op̄ando
manus. ali⁹ adiniuncta discur-
rendo pes. ali⁹ p̄ceptoꝝ uocē in-
telligendo auris. ali⁹ maloꝝ feto-
rē bonoꝝq; flagrantiā discernen-
do naris ē. Qui corporaliū more
membroꝝ d̄u uicissim sibi accep-
ta officia impendunt. unū de
semetipsis omnib⁹ corpus reddunt.
⁊ cū diuersa in caritate ꝑagunt.
diuersū ēē ꝓhibent ubi conti-
nent. Si aut̄ unū quid cuncti
agerent. corpus utiq; qd̄ ex mul-
tis continet̄ non eēnt. q̄a uide-
licet multiplicit̄ conpactū non
existeret. si hoc concors mem-
broꝝ diuersitas non teneret. Quia ḡ
sc̄is membris ecc̄lę uirtutum dona
d̄ns diuidit. terrę mensuras ponit.
Unde iterū paulus dicit. Unicuiq;
sicut d̄s diuisit mensurā fidei. Et
rursū. Ex quo totū corpus conpa-
ctum ⁊ conexū ꝑ omnē iuncturā
subministrationis sc̄dm op̄ationē
in mensura uni⁹ cui⁹q; membri au-
gmentū facit. corporis inedifica-
tionē sui in caritate. Sed cum mi-
ro consilio auctor ac dispositor
nr̄ huic illa largit̄ quę alii dē-
negat. alii hęc denegat. quę isti
largitur. mensuras sibi positas
egredi nititur. quisq̄s posse plus
quā accep̄it conatur. ut fortas-
se is cui tantūm datū ē preceptoꝝ
occulta disserere. temptet etiam
miraculis choruscare. aut is quē
sup̄nę uirtutis donū ad sola mi-
racula roborat. etiā diuinę legis
pandere occulta contendat. In
p̄cipiti enī pedem porrigit. qui
mensurarū suarū limitē non at-
tendit. ⁊ plerumq; amittit ⁊
qd̄ poterat. qui audacter ea ad
quę ꝑtingere non ualet arripe
festinat. Nam ⁊ membroꝝ nr̄oꝝ
tunc bene ministeriis utimur.
cū sua eis officia distincte serua-
mus. Lucē quippe oculis cernim⁹.
uocē ū auribus audimus. Si quis
aut̄ mutato ordine uoci oculos.
luci aures accōmodet. huic u-
traq; in cassū patent. Si q̄s odo-

res uelit ore discernere sapores nare
gustare. utriusque sensus sibi ministe-
riū. quia peruertit interimit. Dum
enī ppriis usib⁹ hec nō aptantur.
et sua officia deserunt. et ad extra-
nea non assurgunt. Bene itaq;
dauid intra acceptas ex diuina
largitate mensuras pedē cordis
p̄sserat. cū dicebat. Neq; ambula-
ui in magnis. neq; in mirabilibus
sup me. Sup se quippe in mirabi-
lib⁹ ambularet. si apparere mag-
nus ultra quā poterat quereret.
Sup se namq; in mirabilib⁹ attol-
litur. qui et in his ad que non
sufficit uideri conat̄. Bene intra
has mensuras etiā in ipsa paulus
p̄dicationis sue se latitudine
coartabat cum diceret. Non enī
audeo aliquid loqui eorū que p me non
efficit xp̄c. Tunc aut̄ recte ac-
cepta mensura seruat̄. cum ante
posita oculis uirorū sp̄italium
uita respicit̄. Vnde et sequit vr.
Vl quis tetendit sup eā lineam.
Sup hanc enī terrā linea tendit̄.
quando electe unicuiq; anime
ad sumenda uiuendi regulam
patrū precedentiū exempla mo-
nstrantur. ut ex illorū uita con-
sideret. q̄d in suis actib⁹ seruet.
quatenus respecto iusti limitis
tramite. nec infra minima ne-
gligens deficiat. nec ultra ma-
xima sup̄biens tendat. nec mi-
nus conet̄ explere quā sufficit. nec
arripiat plus quā accepit. Ne aut
ad mensurā quā debet non pueni-
at. aut eande mensurā deserens.
extra limitē cadat. Angusta q̄ppe
porta ē. que ducit ad uitā. Et il-
le hanc ingreditur. qui in cunc-
tis que agit. discretionis subtili-
tate ppter hanc sollicite coartat̄.
Nam qui p uoluntates pprias se-
cura mente se dilatat. anguste
sibi porte aditū dampnat. Vt
g̊ huius terre mensura seruet̄. sup
eam diuinitus linea tenditur.
quia ut nr̄a opa vl minora pfici-
ant. vl maiora moderent̄. p sa-
cra eloquia subtilis ante nos scōrū
uita expandit̄. et quid nobis
quantūq; agendū sit. ostensa il-
lorū discretione difinit̄. Ecce a-
liquis vl dampna rerū. vl afflic-
tionē corporis metuens. minas
terrene potentie ptimescit. et
contra uim resistentiū ueritatē
defendere non p̄sumit. hunc
petrus quia in timore angusta-
tū respicit. ostensa exemplorū
suorū linea ad uirtutis latitudi-
nē tendit. Ipse quippe flagellat⁹
a principib⁹ ppli. cum idcirco se
relaxari conspiceret. ut a p̄di-
catione cessaret. cum phiberet̄
loqui in posterū. nequaquā sal-
tim in p̄sens cessit. Nam respon-
dens ptinus dixit. Obedire o-

portet d̄o magis quā hominibus.
Et rursū. Non enim possum⁹ quę
uidim⁹ & audiuimus non loqui.
At ille dudū debilis & p̄sentia
dampna formidans. d̄u exempla
tantę fortitudinis contemplat⁹
in auctoritate uerbi iam petri line-
am sequit̄. iam nichil aduersita-
tis metuit. iam resistentes d̄o po-
testates scl̄i. etiā corporis lacera-
tione contempnit. sed tam̄ quan-
tó uires p̄sequentiū paciendo for-
titer destruit. quantó int̄ aduer-
sa nullis terrorib⁹ cedit. tantó
plerūq; & inhis etiā quę inter
fideles positus senserat. se cęteris
p̄ponit. sua magis consilia eli-
git. & sibi poci⁹ quā aliis credit.
Nec mirū d̄u iniustis obiectionib⁹
non cedens inuirtute se exerit.
etiā recta alioꝝ consilia non re-
cipiens. pede extra limitē ten-
dit. Nunc petrus intra mensurę
lineam reuocat. qui postquam
libertate uocis auctoritatē p̄n-
cipū pressit. p humilitatē cordis
de non circumcidendis gentib⁹
pauli consiliū audiuit. Sic enī
semetipsū contra aduersarios
ex auctoritate curabat erigere.
ut tamen sibimetipsi non cre-
deret inhis quę non recte sen-
tiret. ut & libertate fortitu-
dinis tumentes potestates exce-
deret. & humilitate mansue-
tudinis. obedientiā in recto consi-
lio etiā minorib⁹ fr̄ibus exhibe-
ret. & m̄ p̄semetipsū aliis. m̄ &
sibimetipsi cū aliis obuiaret.
In factis g̃ petri queda ante ocu-
los nr̄os auctoritatis & humili-
tatis linea tenditur. ne mens
nr̄a aut p̄timorē ad mensurā
non p̄ueniat. aut p̄tumorē
limitē excedat. Dictum ē quo
m̄ linea tendit̄. ne p̄ alterius
actionis fortitudinē ad alte-
rius causę uiciū transeat̄.
dicatur nunc quēadmodū
in una eadēq; uirtute discre-
tionis lineā deserim⁹. si hanc
& aliquando agere. & aliq̄ndo
post ponere nesciam⁹. Non enī
res eadē semp̄ ē uirtus. quia p̄
momenta tempoꝝ. sepe merita
mutant̄ actionū. Unde fit ut
cum q̄d bene agim⁹. plerumq;
melius ab ei⁹ actione cessemus.
& laudabilius ad tempus dese-
rat. q̄d in suo tempore laudabi-
liter mens tenebat. Nam si p̄
nr̄is minimis bonis quib⁹ actis
p̄ficimus. nec tam̄ intermissis
interimus. maiora laboꝝ mala
p̄ximis imminent. necessario
nos uirtutū augmenta sepóni-
mus. ne infirmiorib⁹ p̄ximis
fidei detrimenta generem⁹. ne
tantó iam q̄d agim⁹ uirtus n̄
sit. quanto p̄ occasionē sui

in alienis cordib⁹ fundamenta uir-
tutū destruit. Quā discretionis
lineam bene ante intuentiū ocu-
los paulus tendit. qui & gentiles
ad libertatē fidei uenientes cir-
cumcidi ꝓhibuit. & tamen lystris
atq; iconiū transiens. ipse thimo-
theum qui gentili patre editus
fuerat circumcidit. Videns enī
qd̄ n̄ se mandata littere seruare
ostenderet. iudeoꝝ rabiē etiā
in his qui sibi tunc comites ade-
rant excitaret. Assertionis sue
uim post posuit. & sine dapno
fidei se suosq; a ꝑsecutionis im-
manitate custodiuit. Fecit qd̄
fieri fidei amore ꝓhibuit. sed
ad fidei retorsit ministeriū. qd̄
quasi non fideliter fecit. Plerūq;
enī uirtus cum indiscrete tenet.
amittitur. cum discrete inter-
mittitur. plus tenet. Hec mirū
si in incorporeis intelligim⁹. qd̄
agi & incorporeis rebus uidem⁹.
Ex studio namq; arcus distendit.
ut in suo tempore cum utilitate
tendat. Qui si otiū relaxatio-
nis non accipit. feriendi uir-
tutē ipso usu tensionis ꝑdit.
Sic aliquando in exercitatione
uirtus cū ꝑ discretionē preter-
mittit. reseruat. ut tanto post
uicia ualenter feriat. q̄nto a ꝑ-
cussione interim prudent cessat.
Subtilis ḡ discretionis sup hanc
terrā linea tenditur. q̄ndo ostensis
unicuiq; anime exemplis p̄ceden-
tiū patrū & utiliter ad opationē
uirtus accendit. & numquā uti-
lius temperat. Sed cū parum per
ab ope zeli fortitudo seponitur.
alta consideratione opus ē ne for-
tasse nequaq̄m cōmunis boni con-
silio. sed timore ꝓprio. vl cuius li-
bet ambitionis studio. a uirtutis
exercitatione cesset. Qd̄ nimirū
cū agit. iam non dispensationi
sed culpe seruit. Unde curandū
sollicite ē. ut cū quis susceptū ne-
gotiū cū uirtutis cessatione dis-
pensat. semetipsū pri⁹ in radice
cordis inspiciat. ne sibi ꝑ hoc ali-
qd̄ auarus appetat. ne sibi ꝑ hoc
soli timidus parcat. & eo fiat
prauū. quo in ope sequit. qd̄ n̄
ex recta cogitationis intentione
generat. Unde bene in euglio
ueritas dicit. Lucerna corporis
tui ē oculus tuus. Si oculus tuus
simplex fuerit. totū corpus tuū
lucidū erit. Si aut̄ oculus tuus
nequā fuerit. totū corpus tuū
tenebrosū erit. Quid enī ꝑ oculū
exprimit. n̄ opus suū p̄ueniens
cordis intentio. que pri⁹ quā se
in actione exerceat. hoc iā qd̄
appetit contēplat. Et qd̄ ap-
pellatione corporis designat.
n̄ una queq; actio q̄ intentionē
suā q̄si intuentē oculū sequitur.

Lucerna itaq; corporis ē oculus. qa
p bonę intentionis radiū. merita
illustrant actionis. Et si oculus tu
us simplex fuerit. totum corpus
tuū lucidū erit. qa si recte inten
dimus p simplicitatē cogitationis
bonū opus efficit. etiā si minus
bonū ēē uideat. Et si oculus tuus
nequā fuerit. totū corpus tuū te
nebrosū erit. qa cū p uersa inten
tione qd vl rectū agit. & si splen
dere corā hominib' cernit. apud
examen tamen interni iudicis ob
scurat. Vbi & recte subiungitur:
Si lumen qd in te ē tenebrę sunt.
ipsę tenebrę quantę erunt. Quia
si hoc qd nos bene agere credim'.
ex mala intentione fuscam'. qnta
ipsa mala sunt quę mala ēē etiā
cum agim' non ignoram'. Et si ibi
nil cernim'. ubi quasi discretionis
lumen tenemus. qua cecitate in
illa offendim' quę sine discretione
ppetramus. Vigilanti g cura p
cuncta opa intentio nobis nr̄a pen
sanda ē. ut nil temporale in his
quę agit appetat. totā se in soli
ditate ęternitatis figat. ne si ex
tra fundamentū actionis nr̄ę
fabrica ponit. terra decrescente
soluatur. Vnde hic qq; apte sub
iungit. Sup quo bases illi' solida
tę sunt. Bases quippe uni' cuiq;
sunt animę intentiones suę. Nā
sicut fabrica columpnis. colūp
nę aut basib' innituntur. ita uita nr̄a
in uirtutib'. uirtutes ū intima in
tentione subsistunt. Et qa scriptū
est. fundamentū aliud nemo potest
ponere. preter id qd positū ē. qd
ē xp̄c ihc. tunc bases in fundamēto
sunt. cū intentiones nr̄ę in xp̄o
roborant. In cassū ū alta sup se ba
ses edificia erigunt. si non ipsę
in fundamentis solidatę consis
tunt. qa nimirū quamlibet sū
ma opa inanit faciunt. si inten
tiones cordiū extra ęternitatis
certitudinē deflectunt. & uerę
uitę p̄mia non requirunt. tanto
q; grauiora ruinę sup se dampna
edificant. quanto altiora ędificia
extra fundamentū portant. qa
cum eternę uitę p̄miis non inten
dunt. quo plus se quasi in uirtu
tib' erigunt. eo in glę inanis fo
ueā pfundius cadunt. Non g
pensandū ē. bases qd sustinent.
sed ubi sustinent. qa pfecto hu
mana corda diuinitus pscrutant.
non solū quę faciunt. sed qd in
opibus querunt. Vnde cū dis
trictū iudicē paulus describe
ret. atq; actionū bona narraret
dicens. qui reddet unicuiq;
scdm opa ei'. his quidē q scdm
pacientiā boni opis. glam & ho
norē & incorruptionē. qui a
nominata boni opis pacientia.
quasi totā electę actionis fabricā

duxerat. subtiliter. ubi basis
eiusde fabrice consisterent unqu
suunt dicens. Glam æ honorē æ in
corruptionē querentib⁹ uitā ēternā
nam. Ac si apte diceret. Et si qui
da pacientiā boni opis ostendunt.
glam æ incorruptionē non reci
piunt. si intentiones cordis. id ē
basis fabrice infundamento non
figunt. quia uidelicet dñs vt ho
neste utte ędificiū non inhabitat.
qđ extra se positū non ipse susten
tat. Quia ḡ intentiones electę uni
cuiq; animę spei ēternitatis in
nituntur. recte uoce dñica de
hac terra dicit. sup q̄ basis illi so
lidatę sunt. ac si apte diceret.
in sup me. cui dū iusta quęq; ani
ma intendit. omne qđ tempora
liter. facit. in me ꝑcul dubio ñ
temporaliter. construit. Quia
ū tunc robustius infundamēto
solidamur. cū uerba dñi æ in ex
terioribus ꝑceptis sequimur. æ
in intimis sensib⁹ subtili intel
ligendo pensam. recte subiungit. Vel quis dimisit lapidem
angularē ei. Lapis quippe an
gularis ē ad sacra eloquia intel
lectus duplex. q̄ tunc duo mittit
dimittit. quando nequaquā dis
tricto iudicio. ignorantię suę
tenebris illigatur. sed quadā li
bertate ꝑfruit. dū inꝑceptis dñi
beato iob dns quom iuxta finem
peccatores conuertat insinuat.
ac si apte dicat. Miscdię meę po
tentiā respice. & tuę iusticię ela
tionē p̄me. Quę extrema hominis

quia etiã cum conuertit̃ ꝑ carnis
mortẽ illa antiquę culpę uindicta
comitat̃. ꝓtinus insinuat cũ di-
cit. Restituet̃ ut lutũ signaculũ.
& stabit sicut uestimentũ. Ho-
minẽ quippe dñs q̃a ad suã simi-
litudinẽ condidit. quasi quoddã
suę potentię signaculũ fecit. Q̃d
tamen ut lutũ restituet̃. quia li-
cet ęterna supplicia ꝑ conuersio-
nẽ fugiat. in ultione tam̃ ꝑ petratę
supbię carnis morte dampnatur.
Ex luto q̃ppe homo conditus. & m̃-
tis accepta ratione similitudine
diuinę imaginis decoratus. elatio-
ne cordis intumescens. q̃d de infi-
mis formatus eẽt. oblitus ẽ. Vnde
mira conditoris iusticia actũ ẽ. ut
quia ꝑ sensũ intumuit. quẽ ratio-
nabilẽ accepit. rursus terra per
mortẽ fieret. quã se eẽ considera-
re humiliter noluit. Et q̃a pec-
cando dĩ similitudinẽ ꝑdidit.
moriendo ũ ad limi sui materiã re-
dit. recte dicit̃. Restituet̃ ut lu-
tũ signaculũ. Et quia de corpore
cũ spc̃ uocat̃. quodã quasi in uo-
lucro suę carnis excutit̃. apte de
eodẽ luto subiungit̃. Et stabit
sicut uestimentũ. Lutũ namq;
nr̃m sicut uestimentũ stare. ẽ
usq; ad resurrectionis temp̃ in a-
ne exutũq; ꝑdurare. Sed quia
hanc penã supbię nec illi tran-
seunt. q̃ & eandẽ supbiam uiuen-
do humiliter uincunt. quę sit su-
ꝑbientiũ specialis pęna. subiungit
dicens. Auferet̃ ab impiis lux sua.
& brachiũ excelsũ confringetur.
Mors enĩ carnis ẽ quę electos lu-
ci suę restituet. lucẽ suã reꝓbis
tollit. Lux namq; supbientis. ẽ
gl̃a uitę p̃sentis. quę ei lux tunc
subtrahit̃. cum ꝑ carnis interitũ
ad rationũ suarũ tenebras uocat̃.
Ibi tunc excelsũ brachiũ con-
fringet̃. quia celsitudo cordis
ultra naturę ordinẽ uiolenter ar-
repta. opprim̃tis se diuinę iusti-
cię mole dissipat̃. ut quã se ꝑ
uerse inbreui erexerat. ꝑ pondus
iudicij in ęternũ fracta cognoscat.
Nullus aut̃ nr̃m q̃d post mortẽ
sequeret̃ agnosceret. n̄ uitę nr̃ę
conditor usq; ad pęnã nr̃ę mor-
tis ueniret. Nisi enĩ ipse miseri-
corditer infima peteret. nequa-
quã nos post suã imaginẽ ꝑdi-
tos iuste ad summa reuocaret.
Vnde & recte subiungit̃. Num
quid ingressus es ꝓfundũ maris.
& innouissimis abyssi deambula-
sti. ac si dicat. ut ego. qui non
solũ mare id ẽ sc̃lm ꝑ assumptã
humanã carnẽ. atq; animã pecij.
sed etiã ꝑ eam sponte in morte
positã usq; ad ultima inferi. q̃-
si ad maris ꝓfunda descendi. Si
enĩ mare more diuini eloquii
sc̃lm debet intelligi. nil ꝓhibet

pfunda maris inferni claustra sen-
tiri. Qd pfundu maris dns peciit.
cum inferni nouissima electoꝝ suoꝝ
animas erepturus intrauit. Vnde
et p ppham dicit. Posuisti pfundu
maris uiā. ut transirent liberati.
Hoc namq; pfundu maris ante re-
deptoris aduentū non uia. sed car-
cer fuit. quia in se etiā bonoꝝ a-
nimas quāuis non in locis penali-
bus clausit. Qd tamen pfundu
dns uiā posuit. quia illuc ueni-
ens electos suos a claustris infer-
ni ad celestia transire concessit.
Vnde et apte illic dicit. Vt tran-
sirent liberati. Quod ū pfundum
maris dixerat. hoc aliis uerbis re-
plicans abyssi nouissimū uocat.
quia sicut aquarū abyssus nulla
nr̄a uisione comp̄hendit. ita oc-
culta inferi nullo a nobis cogniti-
onis sensu penetrant. Qui enim
hinc subtrahant cernim. sed q̄
illos iuxta meritū retributio sup-
plicioꝝ maneat non uidem. Vi-
gilanti ū ē cura pensandu. qd
in nouissimo abyssi deambulasse
se phibet. Deambulare q̄ppe. n̄
constricti. sed liberi ē. Quē enī
uincula astringunt. ei nichil
ominus gressus impediunt. Qa
q̄ dns nulla peccati uincula ptu-
lit. in inferno deambulauit. li-
ber q̄ppe ad ligatos uenit. Vnde
scriptū ē. Factus sū sicut homo
sine adiutorio inter mortuos li-
ber. In nouissimis q̄ abyssi dno de-
ambulare. ē in loco dampnationis
nil sue retentionis inuenire. at-
testante petro qui ait. Solutis
doloribꝰ inferni. iuxta qd impo-
ssibile erat teneri illū ab eo. Vel
certe quia deambulando nos cū
de loco ad locū ducimur. hic il-
licq; p̄sentes inuenimur. ambu-
lare in inferno dns dicit. ut elec-
tis animabꝰ in locis singulis. per
diuinitatis potentiā presens fuis-
se monstret. Vnde et spc sapientie
mobilis describit. ut p hoc quod
numquā de ē. ubiq; nobis occur-
rere designet. Quā descensionem
suā dns quanto mirabile respicit.
tanto eam redepto homini cre-
brꝰ infundit. Eam nāq; ad huc
replicans subdit. Numqd aptę
sunt tibi portę mortis. et ostia
tenebrosa uidisti. Portę enī mor-
tis sunt potestates aduersę. quas
descendens dns apuit. q̄a earū
fortitudinē moriendo supauit.
Quę appellatione quoq; alia te-
nebrosa ostia uocant. quia dū
p occultationis sue insidias non
uident. deceptis mentibꝰ uiam
mortis apiunt. Quę tenebrosa
ostia dns uidet. quia in mundoꝝ
spūuum fraudulentā maliciā. et
respicit et p̄mit. Quos n̄ ipse no-
bis nescientibꝰ uidendo phibe-

ret. ⁊ nil de insidiis mens nr̃a cog-
nosceret. ⁊ eisdē insidiis capta de-
piret. Quę tenebrosa ostia nos e-
tiā cernimus. ⁊ quando supnę lu-
cis radiis illustramur. Vnde ⁊ p
ꝓphām dicit. Dn̄s m̄ adiutor ē. ⁊
⁊ ego uidebo inimicos meos.
Hostes ḡ nr̄os ipse uidit. ⁊ qui suo
eos munere nobis uisibiles facit.
Vel certe tenebrosa ostia tunc
dn̄s uidit. ⁊ cum claustra inferni
penetrans crudeles spc̄ ꝑculit.
⁊ mortis p̄positos moriendo
dapnauit. Q̄d idcirco hic non
ad huc de futuro. sed iā de p̄te-
rito dicitur. ⁊ quia hoc qd̄ factu-
rus erat in opē. ⁊ nimirū iam
fecerat in p̄destinatione. Quia
ū post mortē resurrectionēq;
eius creuit ęccl̄a. atq; incunctis ē
gentib⁹ dilatata. ⁊ apte subiun-
gitur. Numq̄d considerasti lati-
tudinē terrę. ⁊ Dum enī angus-
tias mortis dn̄s peciit. fidē suā
in gentib⁹ dilatauit. ⁊ atq; in in-
numera corda credentiū scām
ęccl̄am extendit. Cui p ꝓphām
dicit. dilata locū tentorii tui.
⁊ pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ ex-
tende. ne parcas. ⁊ longos fac fu-
niculos tuos. ⁊ clauos tuos con-
solida. Ad dexterā enī ⁊ ad leuā
penetrabis. ⁊ semen tuū gentes
hereditabit. Quę latitudo ter-
rę ꝓfecto non fieret. ⁊ n̄ prius
ipse ⁊ uitā quā nouim⁹ moriendo
despiceret. ⁊ uitā quā non nouim⁹
resurgendo monstraret. In morte
quippe sua nr̄ę oculos mentis ap-
uit. ⁊ quę ēēt uita quę sequeret̄
ostendit. Vnde ⁊ hunc in euglio
ordinē tenens. discipl̄is dicit. Sic
oportebat pati xp̄m ⁊ resurgere
a mortuis tercia die. ⁊ p̄dicari
in nomine eius pęnitentiā ⁊ remis-
sionē peccatoꝝ ꝑ omnes gentes.
Pauci enī ex plebe israhelitica ip-
so p̄dicante crediderunt. ⁊ in nu-
meri ū gentiū ꝓpl̄i. uiā uitę illo
moriente secuti sunt. Supbos
namq; dū ad huc passibilis uiue-
ret ꝑtulit. ⁊ a passibili ū uita mul-
tos mortuos strauit. Q̄d bene
samson in semetipso dudū figu-
raliter exp̄ssit. ⁊ qui paucos q̄dem
dū uiueret interemit. destructo
aut̄ templo hostes innumeros
cū moreret̄ occidit. ⁊ quia nimi-
rū dn̄s ab elatione supbię pau-
cos dū uiueret. plures ū cum tem-
plū sui corporis solueret̄ extin-
xit. ⁊ atq; electos ex gentib⁹ quos
uiuendo sustinuit. simul om̄s
moriendo ꝓstrauit. Recte itaq;
postquā inferna penetrasse se
edocuit. considerandā mox terrę
latitudinē subiunxit. ⁊ ac si
flagellato homini diceret. ꝑ-
pende quid ꝑtuli. ⁊ pensa q̄d
emi. ⁊ ne queraris ipse de uerbere

passioē
dni.

dñu nescis quę te p̄mia maneant
in retributione. Inter hęc itaq;
uerba creatoris opę p̄ciū puto.
si a bono cōmuni ac publico pa-
rump oculos flectim⁹. ⁊ q̄d in
singulis nobis latenter agat in
tuemur. Dicit enī. Numquid in
gressus es ꝓfundū maris. Mare
q̄ppe ē mens humana. cui⁹ ꝓfun-
da ds̄ ingredit̄ quando ꝑ cogni-
tionē suā ad lamenta peniten-
tię ab intimis cogitationib⁹ per-
turbat̄. quando p̄oris uitę ne-
quicias ad memoriā reducit.
⁊ fluctuantē in confusione
sua animū concutit. Ꝓfundū
maris ds̄ penetrat. quando etiā
desperata corda ꝑmutat. Ipse
enī mare intrat. quando cor
sc̄lare humiliat. Ꝓfundū maris
ingredit̄. quando uisitare m̄tes
etiā p̄ssas sceleribꝰ non dedig-
natur. Unde ⁊ recte ꝑ contan-
do subiungit̄. Et in nouissimis
abyssi deambulasti. Quid enī
ē abyssus n̄ mens humana. quę
dñu semetipsā comp̄hendere n̄
ualet. se se in omne qd̄ ē. uelut
obscura abyssus latet. Unde
bene ꝑ ꝓphām dicit̄. Dedit abys-
sus uocē suā ab altitudine fan-
tasię suę. quia dñu semetipsam
mens humana n̄ penetrat. ex
comparatione sui. diuinę natu-
rę potentiā quā comp̄hendere
n̄ sufficit. humilius laudat. In
nouissimis ḡ abyssi dō deambu-
lare. ē etiā nequissimoꝝ hominū
corda conuertere. ⁊ desp̄atas
mentes uisitationis suę uestigiis
tangendo mirabiliter reforma-
re. Cum enī post immensa scelera
un⁹ q̄sq; conpungit̄. q̄d aliud
quā in nouissimis abyssi ds̄ de-
ambulans uidet̄. Quasi in abys-
so namq; ds̄ deambulat. cū ob-
scurū cor penetrans. fluctus in
uisibiles uicioꝝ calcat. Plerūq;
enī p̄terita alia plangim⁹. ⁊ a-
liis p̄sentib⁹ urgemur. ut m̄ su-
ꝑbia. m̄ ira. m̄ luxuria. m̄ auari-
cia temptante fatigemur. Sed
cū hęc cuncta in corde nr̄o dn̄s
occultę uisitationis suę timo-
re reprimit. q̄d aliud quā in
abysso gressus ponit. Quos gres-
sus mente conspicim⁹. quando
contra insurgentia uicia quom̄
timoris ei⁹ obuenient dona pen-
sam⁹. Nos namq; gressus ꝓpheta
conspexerat. cum dicebat. Visi
sunt gressus tui ds̄. ingressus
dī mei regis mei qui ē in sc̄o ipsi⁹.
Qui enī inordinatos mot⁹ animi
diuinoꝝ iudicioꝝ memoria in
se rep̄mi conspicit. quasi de-
ambulantis in se dn̄i gressus
uidet. Dicat̄ ḡ beato iob. Numq̄d
ingressus es ꝓfundū maris. ⁊ in
nouissimis abyssi deambulasti.

subaudis ut ego. qui mira misc-
dia in peccatorum cordibus. mo iram.
mo luxuriam. mo auariciam. mo surgentem
superbiam calco. Ac si aperte diceret. Si laten-
tia cordis uicia me solum reprimere
conspicis. tu extolli de propria iu-
stificatione cessabis. Et quia di-
uinitus uisitamur. etiam de oc-
cultis et illicitis motibus mentis
ad confessionem ducimur. recte
subiungitur. Numquid aperte sunt tibi
porte mortis. Porte enim mortis
sunt cogitationes praue. quas
dominus pandimus quando eas in peni-
tentia flendo confitemur. quas
etiam non confessas intuetur. sed
confessas ingreditur. Tunc quippe
uiam sibi in portis mortis aperit.
quando solutis prauis cogitationi-
bus ad nos post confessionem ue-
nit. Que porte mortis idcirco
uocate sunt. quia profecto uia ad
interitum per iniquas semper cogita-
tiones aperitur. Quod adhuc replicatur
cum subditur. Et ostia tenebrosa
uidisti. Tenebrosa namque ostia sunt
latentia mentis mala. que et ha-
beri intrinsecus possunt. et tamen
ab altero uideri non possunt.
Que tamen dominus cernit. quando
ea occulto respectu gratie destruit.
Scriptum quippe est. Rex qui sedet
in solio iudicii. dissipat omne
malum intuitu suo. Et quia omne
uicium angustat. omnis uero uirtus
animum dilatat. post destructa ui-
cia recte subditur. Numquid conside-
rasti latitudinem terre. Nisi enim
uirtus animum dilataret. nequaquam
paulus corinthiis diceret. Dilata-
mini et uos. et nolite iugum ducere
cum infidelibus. Sollerter uero intuen-
dum est quod dicitur considerasti. Lati-
tudo namque bonorum interior est. et
nequaquam comprehenditur nisi caute
consideretur. Nam plerumque eos ex-
terius inopia humiliat. et pene
cruciatus angustat. sed tamen
inter hec semper interior fortitu-
do usque ad sperandam celestia dilatat.
Angustati apostoli exterius fuerant. qui
flagella sustinebant. sed in mag-
na stabant intus latitudine libe-
ri. quia apud se hec eadem flagel-
la in gaudium uerterunt. Scriptum
namque est. Ibant gaudentes a con-
spectu concilii. quomodo digni habi-
ti sunt pro nomine ihesu contume-
liam pati. Hanc latitudinem inter
angustias paulus inuenerat. cum
dicebat. Scire autem uos uolo fratres.
quia que circa me sunt magis
ad profectum uenerunt euangelii. ita
ut uincula mea manifesta fierent
in omni pretorio. Hanc latitudi-
nem dauid inter angustias opti-
nebat dicens. In tribulatione
dilatasti me. Tunc itaque hec ter-
ra id est sanctorum conscientia dilata-
tur. cum mundi huius aduersita-

tibus exteriusꝑmittit. Nam cū ap-
sentis uitę securitate repellit. / intꝰ
ad se impingit. ut ad spanda supꝝ-
na tendat. Cumq; euagari exteriꝰ
non ꝑmittit. / quasi in sinū suū re-
uocata dilatatur. Nos autē quę bo-
ni uiri aduersa exteriꝰ tolerent
cernimus. / sed intus quantū gau-
deant non uidemꝰ. Mentis ergo la-
titudinē in uerbis. in operib⁹
considerando cognoscim⁹. / sed ta-
men quanta mentis amplitudo sit
et de latitudinis ignoram⁹. Audi
at ḡ humana sapientia. / et se in
sipientē discat. Cumq; considera-
sti latitudinē terrę. / ac si di-
cat. Vt ego. / qui flagellis cinctā
occultā iustoꝝ letitiam solus ple-
ne considero. quia solus misedi-
tꝰ formo. Vel certe idcirco beatus
Iob utrū terrę latitudinē con-
sideraret inquiritur. / ut exem-
plo alienę latitudinis humiliet.
Ac si aptē diceret. Eos quos innu-
mera mala ꝑsentis uitę neque-
unt angustare considera. / et de
statu cordis tui inter uerbera
gl'ari cessa. Sequit. Indica mi si
nosti omnia. in qua uia habitet
lux. et tenebrarū quis locus sit. /
ut ducas unū quodq; ad termi-
nos suos. et intelligas semitas do-
mus ei. Beatus Iob graui questio-
ne discutit. ut de uia lucis et te-
nebrarū loco requirat. / et unū
q̄dq; ad terminos ducat. / ac semitas
domus ei intelligat. Quid enī lucis
nomine in iustitia accipitur. / et
q̄d ꝑ tenebras. in iniquitas designa-
tur. / Vnde quib⁹da conuersis a
peccatoꝝ nequicia dicit. Eratis a-
liquando tenebrę. / nunc aut lux
in dno. Et de quib⁹da in peccato
manentib⁹ memorat. Qui dor-
miunt. nocte dormiunt. Beato
itaq; Iob dicit. Indica mi si nosti
omnia. in qua uia habitet lux.
et tenebrarū quis locus sit. / ac si
dicat ei. Si plenā te habere scien-
tiā suspicaris. dic vt in meum corde
ea quę nunc de est innocentia
ueniat. vt in meum corde ea quę
nunc ē malicia ꝑ seueret. / et in
qua uia habitet lux. id ē cuius
mentē ueniens iusti-cia im-
pleat. et tenebrarū quis locus
sit. / id ē in quo iniquitas cęca p
duret. / ut ducas unū q̄dq; ad ter-
minos suos. / id ē ut diiudices si
ut is q̄ne in quo cernit. in mi q̄tate uitā finiat. quis cernit ex
tenę uitę siue et cū iustitię ꝑfectio-
ne concludat. / et intelligas semi-
tas domus ei. id ē consideres atq;
discernas. vt cui bona actio pse-
uerans eternā mansionē ꝑstet
in regno. / vt quē usq; ad terminū
suū actio praua constringens. in
eternū dampnet suppliciū. Do-
mus quippe p mansione ponit. /
semita p actione. Semita ḡ ad

domū ducit. quia actio ad mansi
onē ꝑtrahit. Si quis hominū ista
discussus dicat. Quis ista saltim
inꝑterritus audiat. Multos enī
uidem⁹ cottidie q̄a iusticię luce re-
splendent. & tamen ad finē suū ne-
quicię obscuritate tenebrant. Et
multos cernim⁹ peccatoꝝ tenebris
obuolutos. & tamen iuxta termi-
nū uitę suę repente reddi luci
iusticię liberos. Multos etiā noui-
mus semel inuentā uiā iusticię
illibate usq; ad mortē tenuisse.
& plerosq; conspexim⁹. usq; ad
exitū cepta semel crimina sine
cessatione cumulasse. Quis ū int̄
ista occultoꝝ iudicioꝝ nubila
mentis suę radiū mittat. ut ali-
qua consideratione discernat. vl̄ q̄s ꝑ-
duret ī malo. l̄ quis ꝑseueret in bono. vl̄ quis ab
infimis conuertat̄ ad summa.
ul̄ quis a summis reuerberet̄ ad
infima. Latent hęc sensus ho-
minū. nec quicquā de cuiꝰlibet
fine cognoscit̄. quia diuinoꝝ iu-
dicioꝝ abyssus humanę m̄tis o-
culo nullatenus penetrat̄. Videm⁹
namq; qd̄ illa d̄o aduersa gentili-
tas iusticię luce ꝑfusa ē. & iudea
dud̄u dilecta. ꝑfidię ē nocte ceca-
ta. Scimus etiā qd̄ latro de pati-
bulo transiuit ad regnū. iudas
de apostolatus gl̄a ē lapsus in
tartarū. Rursumq; q̄a aliquando
fortes quę ceꝑint non mutant̄.

& latronē aliū nouim⁹ ꝑuenisse ad
suppliciū. & apl̄os scimus ꝑcepisse
ꝓpositū q̄d desiderauerunt reg-
nū. Quis ḡ discutiat in qua uia
habitet lux. & tenebrarū quis lo-
cus sit. ut ducat unū q̄dq; ad ter-
minos suos. & intelligat semitas
domus ei⁹. Uideo paulū ex illa ꝑ-
secutionis seuicia ad grām apl̄a-
tus uocatū. & tamen sic inter
iudicia occulta formidat. ut re-
ꝓbari se etiā postquā uocatus ē
timeat. Ait enī. Castigo corpus
meū & seruituti subicio. ne for-
te aliis p̄dicans. ipse reꝓbus ef-
ficiar. Et rursū. Ego me non
arbitror comp̄hendisse. Vnū aut̄
quę retro oblitus ad ea quę sunt
priora extendens me ad destina-
tū sequor. ad palmā suꝑnę uoca-
tionis d̄i in xp̄o ih̄u. sequor aut̄
si comp̄henda in quo & compre-
hensus sum. Et certe iam de illo
uoce d̄nica dictū fuerat. uas elec-
tionis m̄i ē. & tam̄ ad huc casti-
gans corpus suū metuit ne reꝓ-
betur. Ve miseris nobis. qui de
electione nr̄a nulla ad huc d̄i uo-
cem cognouim⁹. & iam in otio
quasi de securitate torpem⁹. De-
bet ꝓfecto debet in spe ēē securi-
tas. sed etiā timor in conuersati-
one. ut & illa certantes foueat.
& iste torpentes pungat. Vnde
recte ꝑ ꝓph̄am dicit̄. Qui timet

dominū. sperent in dn̄o. Ac si ap̄te
diceret. De spe incassum p̄sumit.
qui timere dn̄m in suis op̄ib⁹ renuit.
Sed cur beatus iob de tam ualida
questione requirit. que omnino
ab hominib⁹ ignoratur. ut iustoꝝ
iniquoꝝq; terminū comp̄hendat.
n̄ ut alioꝝ finē cognoscere n̄ ualeas.
ad suū recurrat. sicut alioꝝ sic e-
tiā suū nesciat. & nesciens timeat.
timens humiliet. humiliat⁹ iam
de op̄ibus suis extolli non debeat.
& non elatus in gr̄ē arce p̄sistat.
Dicat̄ ḡ ei. Indica m̄ si habes intel-
ligentiā. in qua uia habitet lux.
& tenebrarū quis locus sit. ut
ducas unū q̄dq; ad terminos suos.
Ac si diceret. Sicut qui de malis
conuertant̄ ad bona. vl̄ qui de
bonis ad mala redeant nescis.
ita etiā nec de te q̄d tuis meritis
exigentibus agat̄ intelligis. &
sicut alienū nullatenus comp̄hen-
dis. ita etiā tuū terminū preno-
scere non uales. Iam enī quantū
ipse p̄feceris scis. sed q̄d ad huc
de te ego in occultis sentiā nescis.
Iam iusticie tue acta consideras.
sed quā districte apud me pen-
sent̄ ignoras. Ve etiā laudabili
uite hominū. si remota pietate
iudicetur. que districte discussa
inde ante oculos iudicis unde
se placere suspicat̄ obruitur.
Unde recte dn̄o p̄ p̄ph̄am dicitur.

Ne intres in iudiciū cum seruo tuo
dn̄e. quia non iustificabit̄ in c̄-
spectu tuo omnis uiuens. Unde
bene p̄ salomonē dicit̄. Sunt ius-
ti atq; sapientes & op̄a eoꝝ in ma-
nu dn̄i. & tamen nescit homo utrū
amore an odio dignus sit. sed
omnia in futuro reseruant̄ in-
certa. Hinc rursū p̄eundē salo-
monē dicit̄. Quis hominū intel-
ligere poterit uiā suā. Et nimi-
rū bona malaue quis faciens con-
scientia attestante cognoscit.
sed idcirco dicit̄ q̄d uia sua ab
hominib⁹ nesciatur. quia etiā
si recta se quisq; op̄a agere intel-
ligat. sub districto tamen exami-
ne quo tendat ignorat. Igitur
postquā illū de ista finis sui con-
sideratione p̄terruit. ad exami-
nandū ei⁹ exordiū redit. ac ne
conquerat̄ cur finē suū nesciat.
commemoret̄ etiā quia nec quo
huc initio accessit intelligat.
Nam sequit̄. Sciebas tunc q̄d na-
sciturus esses. aut numerū die-
rū tuoꝝ noueras. Ac si illi ap̄-
te diceret. Quid mirū si termi-
nū tuū non intelligis. qui nec initi-
um comp̄hendis. Et qui igno-
ras quo huc initio ueneris. q̄d
mirū si nescias quo fine subtra-
haris. Si ḡ meū fuit te p̄ initiū
ex occultis ad p̄mpta p̄ducere.
meū quoq; erit. etiā te ex p̄mp-

tis ad occulta reuocare. Cur de ui-
te tue dispensatione aliquid quere-
ris. qui in manu artificis. temet
ipsum nesciens teneris. Extolli ita-
que tanto magis non debes. in eo quod
agis. quanto intra sinum eternita-
tis clausus. nec quo huc ordine
ueneris. nec quando vel quomodo
hinc educaris agnoscis. Nec tamen
intelligi et aliter possunt. Scie-
bas tunc quod nasciturus esses. et nu-
merum dierum tuorum noueras. sub-
audis ut ego. qui me nasciturum
noui. quia et ante humanitatis
ortum in diuinitate semper consub-
stanti aliter uixi. Homines quippe
tunc esse incipiunt. cum in
matrum suarum uentre nascuntur.
Nam ipsa quoque conceptio nati-
uitas dicitur. iuxta hoc quod scrip-
tum est. quod in ea natum est de spiritu sancto
est. et idcirco se nasciturus nesci-
unt. qui nec prius quam creentur
existunt. Deus uero qui sine initio
semper exstitit. prescivit de se hoc
quod in utero uirginis per initium
sumpsit. et quia prescivit dispo-
suit. quia disposuit. nichil perfec-
to in humana forma sine sua
uoluntate tolerauit. Conuincatur
ergo cur de flagellis suis homo que-
rit. qui ortum suum prescire non po-
tuit. si ipse etiam qui ortum suum pre-
sciendo disposuit. se inter ho-
mines ad flagella preparauit.

Innatiuum.

Sequitur. Numquid ingressus es the-
sauros niuis. aut thesauros gran-
dinis aspexisti. que paraui intem-
pus hostis. in diem pugne et belli.
Quid aliud in niue vel grandine.
nisi frigida ac dura intelligenda
sunt corda prauorum. Sicut enim
feruore caritas. sic solet in sacro
eloquio frigore malicia designari.
Scriptum namque est. Sicut frigida
facit cysterna aquam. sic frigida
facit maliciam suam. Et rursum.
Habundabit iniquitas. et refri-
gescit caritas multorum. In frigore
ergo niuis. vel in duricia grandinis
quid accipi aptius potest. quam uita
prauorum. que et torpore frigescit.
et per duricie maliciam percutit.
Quorum tamen uitam dominus tolerat. quia
eos ad iustorum suorum probationem
seruat. Vnde et apte subiunxit.
que preparaui intempus hostis. in
diem pugne et belli. ut cum aduer-
sarius noster diabolus temptare nos
nititur. eorum moribus quasi suis contra
nos armis utatur. Per ipsos quippe nos
seuiens cruciat. sed nesciens pur-
gat. Peccatis namque nostris ipsi fla-
gellum fiunt. de quorum tali uita
deum percutimur. ab eterna morte
liberamur. Vnde agitur ut electorum
uita proficiat. etiam perdita uita rep-
brorum. et utilitati nostre deum illorum per-
ditio militat. mira dispensatio-
ne fiat. quatenus electis dei non

peat etiam omne quod perit. Intelligi
quoque hoc et aliter potest. ut quia
uerbis precedentibus uidetur anne-
xum. a superioris uersus expositio-
ne non discrepet. Nam quia indica-
uerat. uel bonos ad malum. uel malos
ad bonum posse conuerti. ilico se-
cutus adiunxit. Numquid ingressus
es thesauros niuis. et thesauros
grandinis aspexisti. que preparaui
in tempus hostis. in diem pugne
et belli. In niue uel grandine fri-
gida uel dura ut dictum est accipimus
corda prauorum. Sed quia omnipotens
deus sanctos suos de talibus elegit. et quam
multos electos adhuc inter pra-
uorum uitam repositos habeat nouit.
apte in niue et grandine thesau-
ros habere se prohibet. Thesauri quip-
pe a potiis theseos. id est a positione
nominantur. et plerosque in uita
frigida diu latentes respicit. quos
ad medium cum iubet producit. et
iusticie nitore candidos per sup-
nam gratiam ostendit. Scriptum
quippe est. Lauabis me et super niuem
dealbabor. Suos ad diem belli pug-
neque preparatos diu intra sue prescien-
tie sinum tegit. sed cum repen-
te eos eduxerit. resistentia ad-
uersariorum pectora illorum uerbis
ac redargutionibus quasi quibusdam
grandinibus percutit. Unde alias
dictum est. Prefulgore in conspec-
tu eius nubes transierunt. grando

et carbones ignis. Prefulgore enim
nubes transierunt. quia predicatores
sancti uniuersa mundi spacia miracu-
lorum claritate percurrunt. Qui etiam
grando et carbones ignis uocati sunt.
quia et per correptionem feriunt. et per
flammam caritatis accendunt. Ip-
sa quoque libera sanctorum increpatio.
natura grandinis conuenienter
accipitur. Grando enim ueniens percu-
tit. liquata rigat. Sancti autem uiri
corda audientium et terrentes fe-
riunt. et blandientes infundunt.
Nam quemadmodum feriant. propheta
testatur dicens. Virtutem terribilium
tuorum dicent. et magnitudinem
tuam narrabunt. Et quemadmodum
blandientes rigant. secutus ad-
iunxit. Memoriam habundantie
suauitatis tue eructabunt. et
iusticia tua exultabunt. In niue
quoque uel grandine habentur thesau-
ri. quia plerique iniquitatis tor-
pore frigidi. a superna gratia assum-
pti. in sancta ecclesia iusticie luce ful-
gescunt. et prauam aduersariorum
scientiam doctrine sue ictibus tun-
dunt. Unde aperte est subditum. Que
preparaui in tempus hostis in diem
pugne et belli. Nix quippe uel gran-
do fuerat saulus per frigidam insen-
sibilitatem. sed nix et grando con-
tra aduersariorum pectora factus est.
uel candore iusticie uel districti
eloquii correptione. O quale hunc



thesaurū inniue & grandine ha-
buit. quando illū inter prauoꝝ
uitā positū iam tunc electū suū
dn̄s latenter uidit. O ad quanta
aduersarioꝝ pectora ferienda
hanc in manu sua grandinē sūp-
sit. p quā sibi tot resistentia cor-
da pstrauit. Nemo itaq; de suis
opibus extollatur. nemo despe-
ret eos quos ad huc frigidos ui-
det. quia thesauros dī inniue
& grandine non uidet. Quis enī
crederet qd̄ p apostolatus grām
lapidatū stephanū ille p̄cederet.
qui in morte eiꝰ omniū lapidan-
tiū uestimenta seruauit. Si g̊
ad ista dona vl̄ iudicia occulta
recurrimꝰ. nullos omnino desp-
amus. nec illis nos in corde
nr̄o p̄ferimus. quibꝰ p tempore
p̄lati sumꝰ. quia & si iam ui-
demꝰ quantū p̄cessimus. nesci-
mus quantū dū currere cepint
p̄cedamur. Bene g̊ ad beatum
iob dicit. Numqd̄ ingressus es
thesauros niuis. aut thesauros
grandinis aspexisti. quę p̄para-
ui in tempus hostis. in diē pug-
nę & belli. Ac si apte diceretur.
Nulli te de opibus tuis p̄feras.
quia de his quos intueris. ad
huc p culpā frigidos. quantos
opatores iusticię. & defensores
rectę fidei sim facturus igno-
ras. Qd̄ quia p aduentū media-
toris agitur. recte subiungitur.
Inpent̄ P quā uiā spargitur lux. Ipse
quippe lux ē qui ait. Ego sū uia.
ueritas. & uita. P hanc g̊ uiā lux
spargitur. quia p eiꝰ p̄sentiam
cuncta gentilitas illustrat. Spar-
gitur aut̄ conuenienter dixit.
quia p aplōꝝ uoces non angus-
tata atq; coartata. sed late ful-
gens lux p̄dicationis emicuit.
Quia ū accepta luce conuersionis.
in ardescit intrinsecus uis amo-
ris. ut vl̄ transacta mala anxie
lugeant. vl̄ uentura bona flagra-
ntissime requirant. competent̄
adiungit. Diuidit estus super
terrā. Sparsa enī luce estus sup
terrā diuidit. quia p aptum p̄-
dicata iusticia. ad requirendū
dm̄ cordis anxietas in uirtutū
exercitatione dilatatur. ut is-
te in sermone sapientię. ille in
sermone scientię fulgeat. hic
in curationū grā. ille in uirtutū
opatione conualescat. & dona
scī spc̄ dū dispariliter singuli
accipiunt. necessario sibimet
iuncti. omnes unanimit accen-
dant. Sed postquā spargi lux
dicit. potest conuenienter in-
telligi qd̄ p estū p̄secutio desig-
netur. Quia enī lux p̄dicationis
inclaruit. mox a p fidoꝝ cordi-
bus ardor p̄secutionis exarsit.
Nam qd̄ p estum p̄secutio exp-

mitur dñicus sermo testatur: de
iactatis sup petrosa seminib⁹ dicens.
Sole aut̄ orto estuauerunt omnes.
& quia non habebant radicē aru-
erunt. Q̄d paulo post cū exposuit.
estū psecutionē uocauit. Sparsa
ḡ luce estus sup terrā diuisus est.
quia clarescente uita fideliū ac-
censa ē crudelitas pfidoꝝ. Diui-
sus namq; estus erat. quando
nunc ierosolimis. nunc damascū.
nunc in aliis longe regionib⁹ p-
secutio seuiebat. Scriptū q̄ppe
est. Facta ē in illa die psecutio
magna in ecclā que erat ierosō-
limis. & om̄s dispsi sunt p regi-
ones iudee & samarie. Rursūq;
scriptū est. Saulus ad huc spi-
rans & minarū & cedis in disci-
pulos dñi. accessit ad pncipē
sacerdotū. & peciit ab eo eplas
in damascū ad synagogas. ut
si quos inueniret hui⁹ uie uiros
uinctos deduceret in hierusalē.
Quia ḡ nunc hic. nunc illic pse-
cutio excreuerat. hi qui lucem
ueritatis agnouerant. quasi sub
arbore diuisi estus anhelabant.
Sed quia beatū iob de occultis
iudiciis requisitū supioribus
dictis audiuim⁹. oportet ut
hoc qd̄ de sparsa luce vl̄ diuiso
estu dictū ē. subtili⁹ pscrutem̄.
Ad hoc enī alta interrogatione
discutit̄. ut saltim quia nesciat

doceat̄. eiq; dicit̄. Pquā uiā spar-
gitur lux. diuidit̄ estus sup t̄rā.
Quid enī lucis nomine. n̄ iusticia
designatur. De qua scriptū est.
Populus qui sedebat in tenebris.
uidit lucē magnā. Omne aut̄ q̄d
spargit̄ non continue. sed sub
quadā intermissione iactatur.
& idcirco spargi lux dicit̄. quia
& si iam quedā ut sunt pspicim⁹.
quedā tamen ita ut uidenda sunt.
non uidem⁹. Cor namq; petri lux
sparsa tenuerat. qui tanto fidei.
tanto miraculoꝝ fulgore clarue-
rat. & tamen conuersis gentib⁹
dū circumcisionis pondus im-
poneret. q̄d rectū diceret nescie-
bat. Lux ḡ in hac uita spargitur.
quia ad omnis rei intelligentiā
continua non habet̄. Dum enī
aliud sicut ē comp̄hendimus.
& aliud ignoram⁹. quasi sparsa
luce & ex parte cernim⁹. & in ob-
scuritate ex parte remanemus.
Tunc ū lux nobis sparsa iam n̄
erit. quando mens nr̄a ad dm̄
funditus rapta fulgescit. Et q̄a
hec eadē lux quib⁹ modis hu-
mano cordi insinuet̄ ignorat̄.
recte in pcontatione dicitur.
Pquā uiā spargit̄ lux. ac si ap-
te diceret̄. Dic quo ordine iusti-
ciā meam occultis sensib⁹ cordis
infundo. cum & p accessū non
uideor. & tam̄ uisibilia opa ho-

minũ inuisibiliter inmuto. cum
unã eandeq; mentẽ. m̃ hac. m̃ illa
uirtute irradio. & tam̃ ꝑ sparsã
lucẽ adhuc ex parte aliqua eam
intemptationis tenebris remane-
re ꝑmitto. Requirat̃ homo nes-
ciens ꝑ quã uiã spargit̃ lux. ac si
ei patenter dicat̃. Dum dura cor-
da emollio. dũ rigida inflecto.
dũ aspera mitigo. dũ frigida ac-
cendo. dũ debilia roboro. dũ ua-
ga stabilio. dũ nutantia confir-
mo. intuere si uales incorporali-
ter ueniens quib⁹ ea meatib⁹ illu-
stro. Hęc quippe om̃a nos facta
cernimus. nam qualiter intrin-
secus efficiant̃ ignoram⁹. Hanc
uiã lucis ẽẽ nobis inuisibile. in
eugl̃io ueritas ostendit dicens.
Sp̃c ubi uult spirat. & uocẽ ei⁹
audis. & nescis unde ueniat. &
quo uadat. Sed quia cũ lux spar-
gitur. mox ab occulto aduersa-
rio contra fulgentẽ mentẽ tẽpta-
menta succrescunt. recte subiu-
ngitur. Diuidit̃ estus sup terrã.
Hostis namq; callidus quos luce
iusticię enitescere conspicit. eoꝝ
mentes illicitis desideriis infla-
mare contendit. ut plerumq;
plus se urgeri temptationib⁹ sen-
tiant. q̃m tunc cũ lucis interne
radios non uidebant. Vnde & is-
rahelitę postq̃m uocati sunt. con-
tra moysen de excrescenti labore
conquerunt̃ dicentes. Gideat dn̄s
& iudicet. quõ fetere fecistis odo-
rem nr̃m corã pharaone & seruis
ei⁹. & prebuistis ei gladiũ ut int̃-
ficeret nos. Volentib⁹ quippe ex
egypto discedere pharao paleas
subtraxerat. & tam̃ eiusde men-
surę opa requirebat. Quasi ḡ con-
tra legẽ mens submurmurat. p̃t
cui⁹ cognitionẽ temptationũ sti-
mulos acriores portat. & cum
sibi labores crescere conspicit.
in eo qd̃ aduersario displicet. q̃-
si fetere se in oculis pharaonis
dolet. Post lucẽ ḡ estus sequitur.
quia post illuminationẽ diui-
ni muneris temptationis certam̃
auget̃. Recte ũ etiã diuidi estus
dicitur. quia nimirũ non sin-
guli omnib⁹. sed quib⁹ d̃a uicinis
ac iuxta positis uiciis fatigant̃.
Prius enĩ conspersionẽ unius
cuiusq; antiquus aduersarius
ꝑspicit. & tunc temptationis
laqueos apponit. Alius namq; le-
tis. alius tristib⁹. ali⁹ timidis. ali⁹
elatis morib⁹ existit. Quo ḡ occul-
tus aduersarius facile capiat.
uicinas consp̃sionib⁹ deceptiones
parat. Quia enĩ leticię uoluptas
iuxta ẽ. letis morib⁹ luxuriã
ꝓponit. & quia tristicia in irã
facile labit̃. tristib⁹ poculũ dis-
cordię porrigit. Quia timidi
supplicia formidant. pauentib⁹

terrores intentat. et quia elatos ex-
tolli laudibus conspicit. eos ad que-
que uoluerit. blandis fauoribus trahit.
Singulis igitur hominibus uiciis con-
uenientibus insidiatur. Neque enim faci-
le captiuaret. si aut luxuriosis
premia. aut auaris scorta proponeret.
si aut uoraces de abstinentie
gloria. aut abstinentes de gule
inbecillitate pulsaret. si mites
per studium certaminis. aut iracun-
dos capere. per pauorem formidinis
quereret. Quia igitur in temptationis
ardore callide singulis insidians.
uicinos moribus laqueos abscon-
dit. recte dicitur. Diuiditur estus
super terram. Sed cum premittitur. per
quam uiam spargitur lux. statimque
subiungitur. diuiditur estus super ter-
ram. nimirum per eandem uiam per quam
lux spargitur. etiam diuidi estus in-
dicatur. Alta quippe atque incompre-
hensibilis sancti spiritus gratia cum luce
sua nostras mentes irradiat. etiam tem-
ptationes aduersarii dispensan-
do modificat. ut simul multe
non ueniant. ut ipse tantummodo
que ferri possunt. illustratam
iam domino animam tangant. ut cum
tacitus sui ardore nos cruciant.
perfectionis incendio non exurant.
paulo attestante qui ait. Fidelis
autem dominus qui non pacietur uos tem-
ptari supra quam potestis. sed
faciet cum temptatione etiam prouen-
tum ut possitis sustinere. Hunc
igitur estum aliter diuidit callidus
supplantator. aliter misericors
conditor. Ille diuidit ut per illum
cicius interimat. iste ut eum to-
lerabilem reddat. Et quia cum temp-
tatione fatigamur. non solum inter-
no dei spiritu instruimur. sed etiam ex-
terioribus predicantium uerbis adiu-
uamur. recte post diuisum estum
subditur. Quis dedit uehementissi-
mo ymbri cursum. Si uero ut superius
diximus diuisi estus nomine illa
in iudee regionibus persecutio de-
signatur. quia ipsa persecutionis
asperitas predicatores sanctos superno
munere adiutos. a predicationis
sue mysterio nullo timore com-
pescuit. apte subiunxit. Quis
dedit uehementissimo ymbri
cursum. ac si diceret. nisi ego. Diuiso
enim estu. cursum uehementissimo
ymbri dedisse. enim inter ipsas perse-
cutionis angustias predicationis
impetum roborasse. ut tanto ma-
gis uirtus predicantium cresceret.
quanto magis persequentium cru-
delitas obuiaret. quatenus aren-
tia corda audientium pluuie
guttis infunderent. et siccitatem
perfidie uberius irrigarent. ut
quamuis contra eos seuicie estus
candesceret. per eos tamen uox
gratie non taceret. Hunc persecutio-
nis estum paulus. et tolerabat. et

irrigabat cum diceret. Laboro
usq; ad uincula. quasi male o-
perans. s; uerbū dī non ē alliga-
tum. De hoc ymbre alias dicitur.
Mandabo nubib⁹ ne pluant sup
eam ymbrē. De hoc cursu ymbris
qui in electoꝝ cordib⁹ agitur.
psalmista testat dicens. Velocit
currit sermo ei⁹. Plerumq; ū ym-
ber ē. & cursum non habet. q̄a
p̄dicatio ad aures uenit. sed ces-
sante interna grā ad corda au-
dientiū non ptransit. De cui⁹ p̄-
dicationis uerbis ꝓpter electos
dicit. Et tenī sagittę tuę ptran-
sierunt. Sagittę quippe dī ptrā-
seunt. quando uerba p̄dicatio-
nis ei⁹ ab auribus ad corda descen-
dunt. Quod q̄a solo diuino mu-
nere agitur. ymbri cursū dn̄s
se dedisse testat. Sed notandū
uideo. qd eundē ymbrē non
uehementē. sed uehemētissimū
uocat. Ymber uehemens ē uis
magna. ymber ū uehemētissim⁹
uis magna p̄dicationis. Vehemens
namq; ymber erat cum p̄dica-
tores scī credi eterna suadebant.
ymber ū uehementissim⁹. cū ꝓp-
ter spem admonebant rem de-
seri. cuncta uisibilia contēpni.
& ꝓpter audita gaudia presen-
tes penas cruciatusq; tolerari.
Sed cum fide cognita seuiente
estu psecutionis. tot electi pos-
sessa reliquerunt. carnales affectus
obliti sunt. & p gaudio spc incru-
ciatib⁹ membra posuerunt. quid
aliud dn̄s fecit. n̄ etiā uehemen-
tissimo ymbri cursū p̄buit. qui
usq; ad exequenda summa p̄cep-
ta p uerba corporis inuisibilia cor-
dis irrigauit. Ubi & apte sub-
iungitur. Et uiā sonantis toni-
trui. Quid p tonitruū. n̄ p̄dicati-
o supni terroris accipitur. Quē
terrorē dū pcipiunt. humana
corda quatiunt. Aliquando ū in
tonitruo ipse incarnatus dn̄s fi-
guratur. quia ex antiquoꝝ pa-
trū conueniente pphetia ad no-
ticiā nr̄am quasi ex nubiū con-
cursione platus ē. qui inter nos
uisibiliter apparens. ea quę sup
nos erant terribiliter sonuit.
Vnde & ipsi scī apli de ei⁹ grā ge-
nerati. boanerges. id ē filii toni-
trui sunt uocati. Aliquando
aut sicut dictū est. tonitruus
ipsa ei⁹ p̄dicatio accipitur. per
quā supernoꝝ iudicioꝝ terror
audit. Sed quia quilibet p̄di-
cator uerba dare auribus potest.
corda ū apire non potest. & n̄
p internā grām solus omps dn̄s
p̄dicantium uerbis ad corda au-
dientiū inuisibiliter aditū p̄-
stet. incassū p̄dicatio aure au-
dientis pcipit. quę puenire
ad intima surdo corde phibet.

seq; dñs uiã sonantis tonitrui
dare asserit. qui cum p̃dicatio-
nis uerba tribuit. ꝑterrorẽ cor-
da conpungit. Hanc uiã paulꝰ
p̃dicator egregius. dñu sup̃na
mysteria terribiliter insonaret.
se a se habere non posse conspi-
ciens. discipulos admonebat
dicens. Orantes ꝓ uobis simul &
ꝓ nobis. ut dñs ap̃iat nobis ostiũ
uerbi ad loquendũ mysterium
xp̃i. Qui ḡ loquebat̃ mysteria
xp̃i. sed incorde audientiũ eisdẽ
mysteriis a dño aperiri ostiũ p̃-
cabat̃. habebat quidẽ iam to-
ni truũ. sed dare ei desup̃ uiã
querebat. Hanc uiam nequaq̃.
se iohs dare posse cognouerat.
qui dicebat. Non necesse habe-
tis ut aliquis doceat uos. sed
sicut unctio eiꝰ docet uos de
omnibꝰ. Hanc uiã rursus paulus
quis daret. intimabat dicens.
Neq; qui plantat ẽ aliquid neq;
qui rigat. sed qui incrementũ
dat deus. Accepta ḡ uia. q̃d iste
ymber ac tonitruus agat audi-
amus. Sequit̃. Ut plueret sup̃
terrã absq; homine in deserto.
ubi nullus mortaliũ commorat̃.
Sup̃ terrã absq; homine in de-
serto pluere. ẽ uerbũ dñi gentili-
tati p̃dicare. quę dñu nullũ cul-
tũ diuinitatis tenuit. nullã in
se speciẽ boni op̃is ostendit.

uidelicet desertũ fuit. In qua q̃a
legis latorũ fuit. & qui rationabi-
liter dñm quereret. non fuit. q̃si
hominũ nullus fuit. & uelut so-
lis bestiis occupata. uacua a mor-
talibꝰ extitit. De hac deserti terra.
alias dicit̃. Posuit in deserto uiã.
De hac p̃dicatione gentilitati
concessa. psalmista testat̃ dicens.
Posuit flumina in deserto. No-
tandũ uõ ẽ. qd̃ postquã estus su-
per terrã diuisus ẽ. cursũ uehe-
mentissimꝰ ymber accepit. ut
in deserto plueret. q̃a postquã
in iudea asp̃itas p̃secutionis in
horruit. ut non solũ fidẽ mi-
nime recip̃et. sed eam etiã gla-
diis impugnaret. ad isrl̃ missꝰ
quisq; p̃dicator ad euocandas
gentes deflexit. Vnde sc̃i ap̃li
hebreis p̃sequentibꝰ quos dese-
runt dicunt. Uobis oportebat
primũ loqui uerbũ dñi. sed q̃a
reppulistis illud & indignos uos
iudicastis eternę uitę. ecce con-
uertimur ad gentes. Diuiso ḡ
estu deserta & absq; homine
terra cõpluitur. quia disp̃sa
in iudeę regionibꝰ p̃secutione
fideliũ derelicta dudũ. & q̃si
ab infusione rationis aliena.
p̃dicationis guttis gentilitas
irrorat̃. Quę gentilitas qualis
ad huc a p̃dicatoribꝰ sit in-
uenta. ostendit̃ cũ subditur.

ut impleret in uiã & desolatã. Quid
ũ compluta reddidit. demonstrat.
cum ilico adiungit. Et pduceret
herbas uirentes. In uia namq; du-
dũ gentilitas fuit. ad quã uia
dĩ uerbo non patuit. Redeptore
quippe nr̃o ueniente sic accepit
uocationẽ grẽ. ut non in ea pri
fuerit uia pphetie. Desolata etiã
recte uocata ẽ. vl ratione uideli-
cet consilii. vl fructu boni opis
destituta. Dedit g̃ dn̄s uehemen-
tissimo ymbri cursũ & uiã sonã-
tis tonitrui. ut in deserto plue-
ret. & impleret in uiã & desolatã.
& pduceret herbas uirentes. id ẽ
exteriori p̃dicationi interna
aspiratione contulit. ut corda
gentiliũ arentia uirescerent.
clausa patescerent. in ania com-
plerent. in fecunda germinarent.
In scriptura enĩ sacra aliquando
herba viror glẽ temporalis acci-
pitur. aliq̃ndo refectio diaboli.
aliq̃ndo sustentatio predicatoꝝ.
aliq̃ndo bona opatio. aliquando
eterne uite scientia atq; doctri-
na. Viror namq; glẽ temporalis
accipitur. sicut ppheta ait.
Mane sicut herba transeat. ma-
ne floreat & transeat. Mane nãq;
sicut herba florere. atq; transi-
re ẽ. in psperitate hui⁹ scli tem-
poralis glẽ uelociter decus ares-
cere. Herba refectio diaboli ac-
cipitur. sicut de illo a dn̄o dicit.
Huic montes herbas ferunt. Ac si
diceret. Supbi ac tumidi dũ se
illicitis cogitationib⁹ atq; actionib⁹
efferunt. suis illũ iniquitatibus
pascunt. Herba sustentatio p̃di-
cantium demonstrat cum dicit.
Pducit in montib⁹ fenũ & herbã
seruituti hominũ. In montib⁹ q̃p-
pe fenũ & seruituti hominũ her-
ba pducitur. cum sublimes hui⁹
scli ad fidei cognitionẽ uocati.
scis predicatorib⁹ in hui⁹ uite
itinere transitoria alimenta lar-
giunt. Herba bona opatio ponit.
sicut scriptũ ẽ. Germinet a ter-
ra herba uirentẽ. Q̃d licet incon-
ditione mundi ita hystorice fac-
tum tenem⁹. terrã tamen & eccle-
siã figurasse. non inconuenien-
ter accipim⁹. que in eo germina-
uit herbã uirentẽ. in quo aduer-
bũ dĩ fecunda miscdie opa ptu-
lit. Herbam aliq̃ndo scientiam
atq; doctrinã eterne uiridita-
tis accipim⁹. sicut p ieremiam
dicit. Onagri steterunt in rupi-
bus. traxerunt uentos quasi
dracones. defecerunt oculi eoꝝ
q̃a non erat herba. Quo dicto su-
pbia ac nequissima iudeoꝝ ẽ p-
secutio pphetata. Ipsi quippe
onagri pmentis elatione. ipsi
dracones puirulenta cogitatio-
ne uocati sunt. Qui steterunt

in rupibus. quia non in dō sed in
summis potestatib⁹ hui⁹ mundi
confisi sunt dicentes. Regem n̄
habemus n̄ cesarē. Traxerunt uen-
tos quasi dracones. quia sp̄u ela-
tionis inflati. sup̄bia maliciosa
tumuerunt. Defecerunt oculi
eoꝝ. quia scilicet spes eoꝝ ab eo
q̄d intendebat corruit. quę tem-
poralia diligens. p̄stolari ęterna
negligens. & terrena ideo q̄a dō
p̄posuit amisit. Dixerunt enī.
Si dimittim⁹ eū sic om̄s credent
in eum. & uenient romani & tol-
lent nr̄m & locū & gentē. Timuerūt
ne locū non occiso dn̄o p̄derent.
& tamen occiso p̄diderunt. Sed
cur ista miseris euenerint sub-
dit. quia non erat herba. id est
quia eoꝝ cordib⁹ defuit eternita-
tis scientia. & nullo eos refecit
pabulo uiriditatis internę do-
ctrinę. Hoc ḡ loco q̄d aliud ui-
rentes herbas. n̄ scē doctrinę
scientiā vl̄ congruas op̄ationes
accipimus. Deserta ḡ terra cō-
pluitur. ut ab ea uirentes her-
bę p̄ducant. quia dn̄i scē p̄di-
cationis ymbrē gentilitas p̄ce-
pit. & uitę opera. & doctrinę
uerba germinauit. Ista uiridi-
tas uoce p̄phetica desertę terrę
pollicet cum dicit. In cubilib⁹
in quib⁹ prius dracones habita-
bant. orietur uiror calami &
iunci. Quid enī p̄ calamū. n̄ scrip-
tores. quid p̄ iuncū qui iuxta
aquę humorē nascit. n̄ pusilli
ac teneri auditores sacri eloquij
designantur. In draconū ḡ cu-
bilibus uiror calami & iunci orit.
quia in eis pp̄lis quos antiqui
hostis malicia possidebat. & doctoꝝ
scientia & auditoꝝ obedientia co-
aceruabat. Hęc tamen quę genera-
liter de gentilitate dicta sunt.
si sollerter aspicim⁹ intra sinum
scē ecclę agi in singulis uidemus.
Sunt enī pleriq; ad uerba dī ual-
de insensibiles. fidei quidē no-
mine censentur. uerba uitę au-
rib⁹ audiunt. sed ea transire
usq; ad interna cordis minime
p̄mittunt. Hii q̄d aliud quam
deserta terra sunt. Quę scilicet
terra hominē non habet. quia
eoꝝ mens sensu rationis caret.
& nullus mortaliū in hac terra
commorat. quia & si q̄ndo in
eoꝝ conscientiā rationabilium
sensuū cogitationes ueniunt. n̄
p̄sistunt. Praua enī desideria
in eoꝝ cordib⁹ sedē inueniunt.
recta ů si quando uenerint. ac
si impellant decurrunt. Sed
cū misericors ds ymbri suo cur-
sū & sonantis tonitruꝫ uiā dare
designatur. conpuncti interna
grā uerbis uitę aures cordis ap̄i-
unt. Et implet terra in uia. q̄a

dū prebet auditū uerbo cumula-
tur mysterio. & pducit herbas
uirentes. quia p grām cōpuncti-
onis infusa. p̄dicationis uerba
non solū libenter recipit. sed
etiā ubertim reddit. ut qd̄ au-
dire non poterat. iam loqui cō-
cupiscat. & que non audiendo
etiā intrinsecus aruerat. iam lo-
quendo que scā sunt. uiriditate
sua quos libet esurientes pascat.
Unde & bene p ppham dicitur.
Emittes spm̄ tuū & creabuntur.
& renouabis faciē terre. Sic enī
sic facies terre. uirtute innoua-
tionis immutat̄. dū sicca dudū
mens grā ueniente cōpluitur. &
post ariditatē pristinā quasi
pductis herbis. scientie uiridi-
tate uestitur. Que conditoris
nr̄i grā. ad huc nobis altius com-
mendatur. cū subdit̄. Iuis est
pluuie pater. vl̄ quis genuit
stillas roris. ac si diceret. n̄ ego.
qui siccā terrā humani cordis
guttis scientie gratuito aspergo.
De hac enī pluuia alias dicit̄. Plu-
uiam uoluntariā segregabis ds̄
hereditati tue. Voluntariā q̄ppe
pluuiā hereditati sue dn̄s segre-
gat. quia non eā nobis p nr̄is
meritis. sed p suo munere benig-
nitatis p̄stat. Et idcirco hoc loco
pater pluuie dicit̄. quia supna
nobis p̄dicatio non nr̄o merito.

sed de ei grā generat̄. Stille enī roris
ipsi scī predicatores sunt. qui arua
pectoris nr̄i inter mala uite p̄sen-
tis. quasi inter tenebras siccę noc-
tis arentia. grā supne largitatis
infundunt. De his stillis contu-
maci iudee dicit̄. Propterea phibi-
te sunt stille pluuiarū. & sero-
tinus ymber non fuit. Ipse q̄ppe
stille roris sunt. que stille pluui-
arum. Quando enī dispensatione
aliqua p̄dicationē temperant.
quasi ros tenerū aspgunt. Cen-
do u ea que de supnis sentiunt.
uirtute qua p̄ualent locuntur.
quasi ubertim manantē pluuiā
fundunt. Ros aspgebat paulus
cum corinthiis diceret. Non enī
iudicaui scire me aliq̄d inter
uos. n̄ xp̄m ihm̄. & hunc cruci-
fixū. Et rursū pluuiā manabat
dicens. Os nr̄m patet aduos ō co-
rinthii. cor nr̄m dilatatū est.
Hinc ē qd̄ moyses q̄a & ualida
fortib̄. & tenera infirmis dictu-
rū se nouerat. dicebat. Expectet̄
sicut pluuia eloquiū meum. &
descendant sicut ros uerba mea.
Sed ecce audiuim̄. quo munere
gentilitas uocat̄. audiam̄ nunc
qua districtione iudea repellit̄.
Audiam̄ quom̄ deserta excolat.
arentia infundat. audiam̄ nunc
quom̄ ea que quasi uident̄ inter-
na p̄iciat. Hec enī sic colligit

electos. ut non etiam iudicet reprobos.
neque sic quibusdam culpas relaxat.
ut non et in quibusdam feriat. Scrip-
tum quippe est. Misericordia enim et ira
ab illo. Unde hic quoque postquam
tot dona gratie intulit. etiam ire sue
iudicia non abscondit. Nam se-
quitur. De cuius utero egressa est glati-
es. et gelu de celo quis genuit.
Quid enim aliud in gelu vel in gla-
tie. nisi frigida et perfidie torpore
constricta accipimus corda iu-
deorum. et quia quondam per acceptionem
legis. per custodiam mandatorum. per
ministeria sacrificii. per mysteria
prophetie. sic intra sinum gratie. quasi
intra uterum creatoris habebantur.
Sed quia ueniente domino constricti
frigore perfidie. feruorem fidei et ca-
ritatis amiserunt. a secreto gratie si-
nu proiecti. quasi glacies de utero
creatoris egressi sunt. Et gelu de
celo quis genuit. Quid hic aliud
celum. nisi sublimis debet intelligi
uita sanctorum. Cui celo dicitur. Attende
celum et loquar. Non enim insensibili
sed rationali creature loquebatur.
De hoc celo dominus ait. Celum mihi sedes est.
De qua sede alias scriptum est. Ani-
ma iusti sedes est sapientie. Quia
quo sapientia est deus. si sedes dei celum est.
et anima iusti sedes est sapientie.
celum est utique anima iusti. Celum fuit
abraham. celum ysaac. celum iacob.
Sed quia persecutores domini pontifi-
ces [illegible] iudeorum. perfidie tor-
pore frigi[illegible]di. de illorum patrum
progenie processerunt. quasi de celo
gelu exiit. quia de sublimi prole
sanctorum processit frigida plebs infide-
lium. Cum enim de abraham natus est
cayphas. quid aliud nisi gelu de celo
processit. Quod tamen gelu idcirco
dominus genuisse se dicit. quia iudeos
quos naturaliter ipse bonos con-
didit. iusto iudicio per eorum maliciam
frigidos a se exire permisit. Dominus
enim auctor est nature non culpe.
Genuit quoque creando naturaliter.
quos iniquos permisit uiuere to-
lerando patienter. Et quia illa
quondam tenera ac fidei penetra-
bilia corda iudeorum. in perfidie post-
modum obstinatione durata sunt.
recte subiungitur. In similitudi-
ne lapidis aque durantur. Aquas
enim populos accipi iam sepius edocuis-
se me memini. Lapis uero pro ipsa du-
ricia aliquando gentiles populi de-
signantur. et ipsi quippe lapides
coluerunt. et de eis per prophetam dic-
tum est. Similes illis fiant qui faci-
unt ea. et omnes qui confidunt in eis.
Unde iohannes iudeos aspiciens se de
stemmate generationis extollere.
et gentiles preuidens ad abrahe prole
fidei cognitione transire. ait.
Ne uelitis dicere intra uos patrem
habemus abraham. Dico enim uobis
quia potens est deus de lapidibus istis

suscitare filios abrahe/ ꝺo cor la-
pides quoq; duros ꝺ pfidia gen-
tiles uocans. Quia ꝙ primū iudea
ꝺo credidit: gentilitate omni impfi-
die sue obstinatione remanente. post-
modū ū ad fidē gentiliū corda
mollita sunt: & iudeoꝝ infidelitas
obdurata/ bene dictū ē. in similitu- »»»
dine lapidis aquę durant. Ac si »
diceret. Illa mollia & penetrabilia
fidei corda iudeoꝝ. in insensibili-
tatē uertunt gentiū. Cum enī mi-
sericors ds gentes traxit/ natus
iudeā reppulit. Actūq; ē. ut sicut
ꝺudū ad pcipiendā fidē gentilitas
fuerat obdurata/ ita postmodū
ad fidē gentilitate susceptā. iudeoꝝ
ppls pfidie torpore durescceret.
Unde paulus apls ersde gentibus
dicit. Sicut aliquando uos non
credidistis ꝺo. nunc aut miam
consecuti estis ꝓpter illoꝝ incre-
dulitatē/ ita & isti non crediderit
in uā misdia. ut & ipsi mise-
ricordiā consequant. Concluſit
enī ds oīa in incredulitate/ ut
omniū misereat. Quā sententiā
suā primo quidē de uocatione
iudeoꝝ & repulsione gentiū. post-
modū ū de uocatione gentiū &
repulsione iudeoꝝ subtiliter
pensans. seq; occulta ꝺi iudicia
comphendere non posse conside
rans/ exclamando subiunxit.
O altitudo diuiciarū sapientię
& scientię ꝺei. quā incomphensibi-
lia sunt iudicia ei/ & inuestigabi-
les uie ei. Unde hic quoq; cum de
iudeoꝝ pfidia ꝺns diceret. insimi-
litudine lapidis aquę durantur/
ut de repulsione eoꝝ occulta ē
sua iudicia demonstraret. apte
subdit. Et superficies abyssi cons-
tringit/ quia sup ceco quoꝺa ig-
norantię nre ꝙ uelamine. incomp̄-
hensibilitas diuini iudicii. huma-
ne mentis oculo nullatenꝰ penetrat.
Scriptū quippe ē. iudicia tua abys-
sus multa. Nemo ꝙ ꝑseruari ap-
petat. cur cum alius repellit/ alius
eligatur: vl cur cū alius eligit/
alius repellat. quia superficies a-
byssi constringit/ & attestante
paulo. inserutabilia sunt iudicia
ei & inuestigabiles uie ei. Ꝑ hoc
ū qꝺ dictū ē de cui utero egres-
sa ē glacies. & gelu de cęlo quis
genuit/ etiā sathan angelu & glu-
cię nil obstat intelligi. Ipse ꝙp-
pe quasi de ꝺi utero glacies pces-
sit/ quia a calore secretoꝝ ei ma-
licię torpore frigidus. magister
iniquitatis exuit. Ipse gelu de
cęlo ē genitus/ quia constrictus
corda reproboꝝ a sūmis cadere ē
a ꝺima ꝓmissus. qui bene in cele-
stibus conditus. in culpę frigore
mentes sequaciū quasi gelu ꝺu
cecidit astrinxit/ quia ad terrā
uenies qꝺ in hominib⁹ egerit.

explet̄ cum subditur: In similitudi-
ne lapidis aquę durant̄. Per aquas
namq; ppli. per lapidē ū eiusdē satha-
nę duricia designat̄. Illo ḡ ad ima
ueniente. in similitudine lapidis
aquę duratę sunt. quia eiꝰ maliciā
imitati homines mollia uiscera
caritatis amiserunt. cuiꝰ fraudu-
lenta consilia a seductis hominibꝰ
deprehendi non possunt. Recte sub-
iungit̄. Et superficies abyssi cons-
tringitur. Aliud quippe ei intrin-
secus latet. atq; aliud extrinsecus
ostendit. Transfigurat enī se uelut
anglm lucis. & callida deceptio-
nis arte plerumq; pponit lauda-
bilia. ut ad illicita ptrahat. Abys-
si ḡ superficies constringitur. q̄a
dū quasi bona psuasionis eiꝰ spe-
cies uelut solida desup glaties
ostenditur. in pfundo latens eiꝰ
malitia non uidet̄. Cuncta tam̄
hęc intelligere & aliter possumꝰ.
motus uiuit. sed tumultibus con-
uersationis humane terrenorum
desideriorum cogitationi se inserit.
non est in solitudine. Si uero premat
aliquis corporaliter popularibus
turbis. et tamen nullos curarum
secularium tumultus in corde pati-
atur. non est in urbe. Itaq; bene
conuersantibus primum solitudo
mentis tribuitur. ut exurgen-
tem intrinsecus strepitum terrenorum
desideriorum premant. ut ebulli-
entes ab infimis curas cordis p
supni gratiam restinguant amoris.
omnesq; motus importune se of-
ferentium leuium cogitationum quasi
quasdam circumuolantes muscas
ab oculis mentis abigant manu
grauitatis. et quoddam sibi cum
dno intra se secretum querant.
ubi cum illo exteriore cessante
strepitu. p interna desideria si-
lenter loquantur. De hoc secreto
cordis alias dictum est. Factum est

silentium in celo quasi media hora.
Celum quippe ecclesia electorum uo-
catur. que ad eterna sublimia dum
p subleuationem contemplationis
intendit. surgentes ab infimis
cogitationum tumultus premit.
atq; intra se dno quoddam silenti-
um facit. Quod quidem silentium con-
templationis quia in hac uita non
potest esse perfectum. factum media
hora dicitur. Nolenti quippe ani-
mo cogitationum tumultuosi se
strepitus ingerunt. etiam subli-
mibus intendentem. rursum ad re-
spicienda terrena cordis oculum
uiolenter trahunt. Vnde scrip-
tum est. Corpus qd corrumpitur
aggrauat animam. et deprimit
terrena inhabitatio sensum mul-
ta cogitantem. Bene ergo factum hoc
silentium non integra. sed media
hora describitur. quia hic contem-
platio nequaquam perficitur. quam-
uis ardenter inchoetur. Quod etiam
per ezechiel pphetam congruenter
exprimitur. qui p mensura ciui-
tatis in monte conditae. in ma-
nu uiri calamum sex cubitorum et
palmo iudisse testatur. In monte
quippe electorum ecclesia sita est. quia
fundata in infirmis desideriis
non est. Quid autem per cubitum nisi
operatio. quid per senarium numerum.
nisi perfectio operationis ostenditur.
quia et sexto die cuncta opa

dñs explesse memoratur. Quid
q̄ sup sex cubitos palmus insinu-
at. ñ contemplationis uim que
iam initia eterne & septime qui-
etis demonstrat. Quia enī eterno-
rū contēplatio hic minime pfi-
citur. mensura septimi cubiti
non explet. Electoꝝ itaq; ecclā
quia cuncta que opanda sunt
pficit. in sex cubitis se se in mon-
te posita ciuitas extendit. Quia
ū hic adhuc sola initia contem-
plationis inspicit. de septimo
cubitu non ñ palmū tangit. Sci-
endū ū ē. quia nequaqm culmē
contemplationis attingim. si
non ab exterioris cure oppssio-
ne cessemus. nequaquā nosmet
ipsos intuemur. ut sciam aliud
in nobis ēē rationale qd regit.
aliud animale qd regitur. ñ
ad secretū hui silentii recur-
rentes ab omni exteri pturba-
tione sopiam. Qd silentiū nrm
bene etiā adam dormiens fi-
gurauit. de cui mox latere
mulier pcessit. quia quisquis
ad interiora intelligenda rapit.
a rebus uisibilib oculos claudit.
& tunc in se ipso ul que pre ēē
uiriliter debeant. vl que sub
ēē possint infirma distinguit.
ut aliud in illo sit qd regere
ualeat tamquā uir. aliud tam-
quā femina qd regat. In hoc
itaq; silentio cordis. dū p contē-
plationē interi uigilamus. ex-
teri quasi obdormiscim. Quia
q̄ remoti uiri. id ē a desideriis car-
nalibus alieni. hoc silentium
mentis inhabitant. huic ona-
gro dñs in solitudine domū de-
dit. ut turba desideriorꝝ tem-
poraliū non premat. & taber-
nacula ei interra salsuginis. Sal-
sugo accendere sitim solet. Et
quia sci uiri quādiu in hui uite
tabernaculis degunt. ad supnā
patriā desiderii cottidianis es-
tibus accenduntur. interra salsu-
ginis tabernacula habere phi-
bentur. Incessanter quippe ac-
cenduntur ut siciant. siciunt
ut sacientur. sicut scriptum ē.
Beati qui esuriunt & siciunt
iusticiam. quō ipsi saturabuntur.
Sequitur. Contempnit multitu-
dinē ciuitatis. Multitudinē
ciuitatis contēpnere. ē huma-
ne conuersationis praua stu-
dia deuitare. ut iam ñ libeat
terrenoꝝ hominū qui p habu-
ndantia iniquitatis multi st
pditos mores imitari. Cū pau-
cis namq; ingredi angustā por-
tā desiderant. & non cū multis
lata itinera ingredi appetunt.
que ad interitū ducunt. Sol-
lerter quippe a quo & ad quid
sunt creati conspiciunt. &

recta consideratione acceptę imaginis sequi uulgi multitudinē dedignant. Unde æ sponsi uoce sponsę in canticis canticoꝝ dicit. Si cognoueris te o pulchra inter mulieres. egredere. æ abi post uestigia gregū. æ pasce hedos tuos. Semetipsā namq; ea quę ē inter mulieres pulchra cognoscit. quando electa quęq; anima etiā inter peccantes posita. quia ad auctoris sui imaginē ac similitudinē sit cōdita meminit. æ uerba pceptę similitudinis ordinē incedit. Quę si se nō cognoscit egreditur. quia a secreto sui cordis expulsa. in exteriorib⁹ concupiscentiis dissipat. Egressa ū ibit post uestigia gregū. quia sua interna deserens ad latā uidelicet uiā ducit. æ sequit exempla populoꝝ. nec iā agnos sed hedos pascit. quia nō innocuas cogitationes mentis. sed nutrire prauos motus carnis intendit. Quia ḡ electus q̄sq; ac continens abire post gregū uestigia despicit. dicat recte. Contempnit multitudinē ciuitatis. Ubi apte subiungit. Clamorē exactoris non audit. Quis intelligi exactori illi nō diabolus potest. Qui semel in paradyso homini malę persuasionis nummū contulit. æ cotidie abeo huⁱ debitū exigere reatū querit. Hui exactoris sermo ē male suggestionis inchoatio. Is uī exactoris clamor ē. iam non lenis. sed uiolenta temptatio. Hic exactor loquit. cum leniter suggerit. Is ic exactor clamat. cum fortiter temptat. Clamorē exactoris non audire. ē uiolentis temptationū motib⁹ minime consentire. Audiret enim. si ea quę suggereret faceret. S; cum puersa agere despicit. recte dicit. Clamorē exactoris nō audit. Non nulli ū hoc loco p exactorē intelligi uentrem uolunt. Ipse namq; a nobis quod dā debitū exigit. quia cotidianū fructū sibi humani laboris impendi. etiā pnatura querit. Abstinentes igit uiri qui hoc loco onagri uocabulo figurant. du uiolenta gulę desideria rep̄munt. quasi clamantis exactoris uerba contempnunt. Sed cum continentiuiro contra innumera uicia multa uirtutū certamina suppetant. cur exactoris clamore concepto. de solo hic uentre dicit. qd ei impetū impulsiūq; restringat. nō qd nullus palmā spiritualis certaminis apphendit. qui non in semetipso prius afflictā uentris concupiscen-

Abstinen

tiam carnis incentiua deuicerit.
Neq; enī ad conflictū spītalis a-
gonis assurgit. si non prius intra
nosmetipsos hostis positus. gulę
uidelicet appetitus edomatur.
quia si non ea quę nobis sunt ui-
ciniora pstern̄imus. nimirū in a-
niter ad ea quę longius sunt im-
pugnanda transimus. Incassū
namq; contra exteriores inimi-
cos in campo bellū geritur. si
intra ipsa urbis menia ciuis in-
sidians habet. Mens quoq; ipsa
certantis sub graui confusionis
dedecore ab spītalis certaminis
congressione repellitur. q̄ndo
infirma in carnis p̄lio. gulę gla-
diis confossa supatur. Nam cū
se paruis psterni conspicit. con-
fligere maioribus erubescit. Non
nulli ū ordinem certaminis ig-
norantes edomare gula negli-
gunt. etiā ad spītalia bella con-
surgunt. Qui aliquando multa
etiā quę magnę sunt fortitu-
dinis faciunt. sed d̄nanti gulę
uicio p carnis illecebras omne
qd̄ fortiter egerint pdunt. &
d̄u uenter non restringit. p
carnis concupiscentiā simul
cunctę uirtutes obruunt. Un-
de & nabuchodonosor uincen-
te scribit. Princeps coccoꝝ des-
truxit muros ierl̄m. Quid enī
p muros ierl̄m significans scip-
tura exprimit. nisi uirtutes animę
quę ad pacis uisionē tendit.
Aut quis coccoꝝ princeps nisi uen-
ter accipitur. cui diligentissi-
ma a coquentibus cura seruitur.
Muros ergo ierl̄m princeps coccorū
destruit. quia uirtutes animę
d̄u non restringit uenter pdit.
Hinc ē qd̄ paulus contra ierl̄m
menia decertanti uires coquoꝝ
principi subtrahebat cū diceret.
Castigo corpus meū & seruituti
subicio. ne forte aliis p̄dicans.
ipse repbus efficiar. Hinc etiā
p̄misit dicens. Sic curro nō q̄si
in incertum. sic pugno non q̄si
aerem uerberans. quia cum car-
nem restringimus. ipsis continen-
tię nr̄ę ictibus non aerē sed in
mundos spc̄ uerberamus. & cū
hoc qd̄ ē intra nos subicimus. ex-
tra positis ad uersariis pugnos
damus. Hinc ē qd̄ cum rex ba-
bylonis succendi fornacē iubet.
naptę. stuppę. pi cis. & malleoli
ministrari congeriē precepit.
sed tamen abstinentes pueros.
hoc igne minime consumit.
quia antiquus hostis licet in
numeras ciboꝝ concupiscentias
nr̄is obtutibus opponat quibus li-
bidinis ignis crescat. bonis ta-
men mentibus supni spc̄ gratia
insibilat. & a carnalibus concupis-
centię estibus illesę pdurant. ut

& si usq; ad temptationē cor-
dis flamma ardeat. usq; ad con-
sensū ta- men temptatio non ex-
urat. Sciendū ē p̄terea quia
quinq; nos modis gulę uiciū
temptat. aliquando namq; in-
digentię tempus p̄ue- nit. ali-
quando ū tempus non p̄uenit.
sed cibos lautiores querit. aliq̄n-
do quelibet sumenda sint. p̄pa-
rari curati⁹ expetit. aliq̄ndo aut̄
& qualitati ciboꝝ & tempori con-
gruit. sed in ipsa quantitate su-
mendi mensurā refectionis exce-
dit. non numquā ū & abiecti⁹
ē qd̄ desiderat. & tamen ipso es-
tu inmensi desiderii deteri⁹ pec-
cat. Mortis quippe sententiā
patris ore ionathas meruit.
quia ingustu mellis constitutū
edendi tempus antecessit. Ex
egypto populus eductus inhe-
remo occubuit. quia despecto
manna cibos carniū peciit. q̄s
lautiores putauit. Et prima fi-
lioꝝ hely culpa suborta ē. q̄d ex
eoꝝ uoto sacerdotis puer non
antiquo more coctas uellet de
sacrificio carnes accipere. sed
crudas quereret. quas accurati⁹
exhiberet. Et cum ad ierl̄m di-
cit̄. hęc fuit iniquitas sodomę
sororis tuę. sup̄bia. saturitas
panis. & habundantia. apte
ostendit̄. qd̄ idcirco salutē p̄-

didit. quia cum sup̄bię uicio men-
surā moderatę refectionis exces-
sit. Et primogenitoꝝ gl̄am esau
amisit. quia magno estu desi-
derii. uilē cibū id est lenticul̄a
concupiuit. Quā d̄u uendendi⁹
etiā primogenitis p̄tulit. quo
in illā appetitu anhelaret. indi-
cauit. Neq; enī cibus. sed appe-
titus inuicio ē. Vnde & laucio-
res cibos plerūq; sine culpa su-
mimus. & abiectiores non si-
ne reatu concupiscentię degu-
stam⁹. Hic quippe quē diximus
esau primatū p̄ lenticul̄a p̄di-
dit. & helyas inheremo uirtu-
tem corporis carnes edendo ser-
uauit. Vnde & antiquus hos-
tis quia non cibū. sed cibi con-
cupiscentiā ēē causā d̄apnatio-
nis intelligit. & primū sibi ho-
minē non carne sed pomo sub-
didit. & sc̄dm non carne sed pa-
ne temptauit. Hinc ē qd̄ ple-
rumq; ad̄a culpa cōmittitur.
etiā cum abiecta & uilia sumun-
tur. Neq; enī adam solus ut a-
uetito se pomo suspenderet. p̄-
ceptū p̄hibitionis accepit. Nā
cum alimenta qued̄a saluti nr̄ę
d̄s contraria indicat. ab his nos
quasi p̄sententiā uetat. Et cū
concupiscentes noxia attin-
gimus. p̄fecto q̄d aliud quā
uetita gustam⁹. Ea itaq; sumen-

da sunt quę naturę necessitas
querit. ⁊ non quę edendi libido
suggerit. Sed magnus discretio-
nis labor ē. huic exactori ⁊ ali-
q̄d impendere. ⁊ aliq̄d negare.
⁊ non dando gula restringere.
⁊ dando naturā nutrire. Quę
fortasse discretio subinfertur:
cum dicit. Clamorē exactoris
non audit. Sermo namq; huius
exactoris. ē necessaria postula-
tio naturę. Clamor ū eius. ē
mensurā necessitatis transiens
appetitus gulę. Hic itaq; ona-
ger exactoris huius sermonē au-
dit. clamorē non audit. quia
discretus uir ac continens. ⁊ us-
q; ad temperanda necessitatem
uentrē reficit. ⁊ a uoluptate re-
stringit. Sciendū ū ē quia sic
uoluptas sub necessitate se pal-
liat. ut uix eam pfectus quisq;
discernat. Nam dū solui debitū
necessitas petit. uoluptas ex-
pleri desideriū suppetit. ⁊ tan-
to gula securius inpceps rapit.
quanto sub honesto nomine
necessitatis explendę se conte-
git. Sepe aut̄ in ipsa edendi
uia furtiuę adiuncta subseq̄-
tur. non numq̄m ū impuden-
ter libera etiā preire conat̄.
facile aut̄ ē dep̄hendere cum
uoluptas eius necessitatē pre-
uenit. sed ualde difficile ē
discernere cum in ipso esu ne-
cessario se occulta subiungit.
Nam quia preeuntē naturę ap-
petitū sequitur. quasi a tergo
ueniens tardius uidet̄. Eo enim
tempore quo necessitati debitū
soluit̄. quia pesū uoluptas ne-
cessitati miscetur. q̄d necessitas
petat. ⁊ q̄d sicut dictū ē uolup-
tas suppetat ignorat̄. Sepe ū
⁊ discernim⁹ ⁊ qua utramq; si-
bi coniunctā nouim⁹. in hoc
q̄d extra metas libere reficien-
do fallimur. ⁊ dū sibi mens
ex necessitate blandit̄. ex uolun-
tate decipit̄. Scriptū quippe
ē. Carnis curā ne feceritis in de-
sideriis. Quę g̃ fieri in deside-
rio phibetur. in necessitate
concedit̄. Sed sepe dū incaute
necessitati condescendim⁹ de-
sideriis deseruimus. ⁊ cum de-
sideriis immoderati⁹ obuiare
nitimur. necessitatis miserias
augem⁹. Sic enī necēē est. ut
arcē quisq; continentię teneat.
quaten⁹ non carnē sed uicia
carnis occidat. Nam plerūq;
dū plus iusto caro restringit̄.
etiā ab exercitatione boni op-
is eneruatur. ut adorationē
quoq; vl̄ p̄dicationē non suf-
ficiat. dū incentiua uicioꝝ in
se funditus suffocare festinat.
Adiutorē quippe habem⁹ in

tentionis interne hunc hominē
quē exteri⁹ gestam⁹. ⁊ ipsi insūt
motus lasciuie. ipsi effectus sup-
petunt opationis bone. Sepe
ū dū in illo hostē insequimur. ⁊
etiā ciuē quē diligimus truci-
dam⁹. Et sepe dū quasi conciui
parcimus. ⁊ ad preliū hostē nu-
trimus. Eisdē namq; alimentis
uicia supbiunt. ⁊ quib⁹ nutrite
uirtutes uiuunt. Et cum uirt⁹
alitur. ⁊ plerūq; uires uiciis au-
gent. Cum ū immensa continen-
tia uicioꝝ uires extenuat. ⁊ etiā
uirtus deficiens anhelat. Vnde
necēē ē ut interior homo nr̄
equus quidā arbiter p̄sideat.
inter se ⁊ eū quē exteri⁹ ges-
tat. ⁊ quatenus ei homo suus ex-
terior ⁊ semp ad debitū minis-
teriū seruire sufficiat. ⁊ num-
quā supbe libera ceruice con-
tradicat. nec moueat si q̄d sug-
gerendo submurmurat. dum
m̄ eum semp sup posita calce
dnationis p̄mat. Sicq; fit ut
dū rep̄ssa uicia reniti quidem
nobis patimur. ⁊ tamen hec
nobiscū congredi ex equo ꝓhi-
bemus. ⁊ nec uicia contra uirtu-
tem p̄ualeant. nec rursū uirt⁹
cum uicioꝝ omnimoda extin-
ctione succumbat. Qua in re
sola elatio fundit⁹ extinguit. ⁊
q̄a quāuis uictorie seruiat. ad
edomanda tamen cogitationū
supbiam continua nobis pugna
seruat. Vnde bene hic unus q̄sq;
uir continens. quia ⁊ debite ne-
cessitati congruit. ⁊ uiolenti uo-
luptati contradicit. uoce dnica
dicit. Clamorē exactoris non au-
dit. Quia aut discretus uir eo
ad intelligenda supiora se ele-
uat. quo se in se carnis incenti-
ua castigat. ⁊ recte post contem-
ptū exactoris clamorē subdit.
Circumspicit montes pascue sue.
Montes pascue sunt. alte contē-
plationes interne refectionis.
Scī enī uiri quanto magis se ex-
terius despiciendo deiciunt. ⁊
tanto ampli⁹ interi⁹ reuelatio-
nū contemplatione pascunt.
Vnde scriptū ē. Ascensus in cor-
de ei⁹ disposuit in ualle lacri-
marū. ⁊ quia quos exteri⁹ in
fletu continet conuallis
humilitatis. eos interi⁹ suble-
uat ascensus contemplationis.
Montes etiā pascue sunt. sub-
lime uirtutes angelo-rū. Que
idcirco hic nos ministrando
⁊ adiuuando reficiunt. ⁊ quia
illic interno contemplationis
rore pinguescunt. Que quia
largiente dō in omni nos cer-
tamine ꝓtegunt. recte circū
spici dicuntur. Vndiq; enī no-
bis adeē circū ꝑ y spicim⁹. ⁊

quoꝝ defensione contra aduersa-
rios ex omni latere muniamur.
Possunt adhuc montes pascuę
accipi altę sententię scripturę
sacrę. De quib⁹ ꝑ psalmistā dicit.
Montes excelsi ceruis. quia hi q̄
iam dare contemplationis salt⁹
nouerunt. altos sententiarum
diuinarū uertices quasi cacu-
mina montiū ascendunt. ad
quę ꝓfecto cacumina. quia in
firmi ꝑuenire non ualent. re-
cte illic subdit. petra refugiū
erinaciis. quia uidelicet inua-
lidos non sublimit̄ intelligen-
tia exercet. sed sola in xp̄o fides
humiliter continet. Sequitur.
Virentia queq; ꝑquirit. Aren-
tia quippe sunt om̄a quę tēpo-
raliter condita. uenturo fine
a iocunditate uitę p̄sentis q̄si
estiuo sole siccantur. uirentia
aut̄ uocata sunt quę nulla tē-
poralitate marcescunt. Huic
ḡ onagro uirentia ꝑquirere.
ē scō unicuiq; uiro despectis
rebus transitoriis in ęternū
mansura desiderare. Cuncta ū
hęc quę de onagro dicta sunt.
intelligi etiā aliter possunt.
Quę repetito suꝑiore uersu ex-
ponimus. ut lectoris iudicio.
qd̄ eligendū crediderit relin-
quamus. Igit̄ postquā p̄dica-
toꝝ dis[illegible] pensatio sub cer-

uarū ꝓtextu descripta ē. ut os-
tenderet̄ ꝑ quē hęc eadē uirtus
p̄dicationis datur. ilico cōmemo-
ratio de d̄nica incarnatione sub-
nectit̄ ut dicat̄. Quis dimisit o-
nagrū liberū. Hec indignū quis
iudicet ꝑ tale animal incarna-
tū d̄nm posse figurari. d̄u con-
stet omnib⁹ quia ꝑ significatio-
nē quandā in scriptura sacra ⁊
uermis ⁊ scarabeus ponat̄ sicut
scriptū ē. ego aut̄ sum uermis
⁊ non homo. ⁊ sicut apud sep-
tuaginta interp̄tes ꝑ ꝓpham
dicit̄. Scarabeus de ligno clama-
uit. Cum ḡ nominatis rebus tā
abiectis ⁊ uilib⁹ figuratur. q̄d
de illo contumeliose dicit̄. de
quo constat qd̄ ꝓprie nil dicat̄.
Vocat̄ enī ⁊ agnus. sed ꝓpter
innocentiā. Vocat̄ leo. s; ꝓpter
potentiā. Aliquando etiā ser-
penti cōparatur. sed ꝓpter mor-
tem vl̄ sapientiā. Atq; ideo ꝑ
hęc omnia dici figuralit̄ potest.
quia de his omnib⁹ credi aliq̄d
essentialiter n̄ potest. Si enim
unū hoꝝ quodlibet essentialit̄
existeret. alterū iam dici non
posset. Nam si agnus ꝓprie di-
ceretur. leo iam uocari non po-
terat. Si leo ꝓprie diceretur.
serpente signari non posset.
Sed hęc in illo om̄a dicim⁹ tanto
latius in figura. quanto longi⁹

ab essentia. Potest ergo onager incarnatum dominum designare. Agri quippe est animal onager. Et quia incarnatus dominus gentilitati magis quam iudee profuit, animale corpus assumens quasi in domum sed potius in agrum uenit. De quo agro gentilitatis per psalmistam dicitur: Species agri mecum est. Incarnatus itaque dominus qui in forma dei equalis est patri, in forma serui minor est patre, quia minor etiam se ipso. Dicatur ergo a patre de filio secundum formam serui. Quis dimisit onagrum liberum, et uincula eius quis soluit. Omnis quippe qui peccat, seruus est peccati. Et quia incarnatus dominus particeps nostre factus est naturę non culpę, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scriptum est: Inter mortuos liber. Inter mortuos liber dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens iniquitatis iugo nullomodo tenetur. Quem quamuis macula culpę nostre non attigit, passio tamen nostre mortalitatis astrinxit. Unde et postquam liber dimissus dicitur, recte de illo adiungitur: Et uincula eius quis soluit. Uincula quippe eius tunc soluta sunt, cum infirmitates passionis illius in resurrectionis gloria commutatę. Quasi quedam uincula dominus habuit, ea quę nos nequicię merito patimur: nostre mortalitatis infirma, quibus et usque ad mortem sponte ligari se uoluit, et quę per resurrectionem mirabiliter soluit. Esurire enim, sitire, lascessere, teneri, flagellari, crucifigi, nostre mortalitatis uinculum fuit. Sed cum expleta morte uelum templi rumperetur, scinderentur petrę, monumenta panderentur, inferni claustra patescerent, quid aliud tot argumentis tantę uirtutis ostenditur, nisi quod illa infirmitatis nostre uincula soluebantur, ut is qui ad suscipiendam serui formam uenerat, ut in ipsa serui forma ab inferni uinculis absolutus, ad celum etiam cum membris liber rediret. De quibus eius uinculis petrus apostolus attestatur dicens: Quem deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Et quia post mortem suam atque resurrectionem ad gratiam fidei gentilitatem uocare dignatus est, postquam dicta sunt soluta eius uincula, apte subiungitur: Cui dedi in solitudine domum, et tabernacula eius in terra salsuginis. In gentilitate enim in qua patriarcha non fuit, propheta non fuit, ad intelligendum deum qui ratione uteretur non fuit, homo pene non fuit. De hac solitudine per ysaiam dicitur:

De resurrectione

Letabitur deserta & inuia. & exultabit solitudo. & florebit quasi liliū. Et rursū de ecclā dicit. Ponet desertū eius quasi delicias. & solitudinem eius quasi hortum dni. Terra aut salsuginis hec eadem solitudo repetita est. que prius quā uerā di sapientiā cognosceret. salsuginē ptulerat. qa nulla uiriditatem boni intellectus pferens. puersa sapiebat. Domū g insolitudine & tabernaculū in terra salsuginis accepit. quia incarnatus p hominibus derelicta ds gentilitatis corda possedit. Unde ei patris uoce p pphetam dicit. Postula a me & dabo t gentes hereditatē tuam. & possessionē tuam terminos terre. Qui iuxta hoc qd ds ē. cum patre dat omnia. iuxta ū hoc qd homo ē. a patre accipit omnia. sicut scriptū ē. Potestatem dedit ei iudiciū facere. quia filius hominis est. Et rursū scriptū est. Sciens qa omnia dedit ei pater in manus. Vel sicut ipse dicit. Omne qd dat mi pater ad me ueniet. Iam ū si querit quid inter domū ac tabernaculū distet. domus inhabitatione ē. tabernaculū in itinere. Corda itaq; gentiliū quasi quedā tabernacula habuit ueniendo. sed ea p iusticiā firmans. domū fecit habitando. Et quia eoꝝ uitā ad quos uenerat imitari despexit. recte subiungitur. Contempnit multitudinē ciuitatis. id ē mores despicit humane conuersationis. Homo quippe inter homines factus. usū tenere hominū noluit. Idcirco namq; inter nos homo factus ē. ut non solū nos sanguine fuso redimeret. sed etiā ostenso exemplo cōmutaret. In conuersatione g nrā. & ueniendo alia inuenit. & uiuendo alia docuit. Studebant enī oms supba adā styrpe pgeniti. pspera uite psentis appetere. aduersa deuitare. obpbria fugere. glam sequi. Uenit inter eos incarnatus dns. aduersa appetens. pspera spernens. obpbria amplectans. glam fugiens. Nam cum iudei illū regē sibi constituere uoluissent. fieri refugit. cum ū eum interficere molirent. sponte ad crucis patibulū uenit. Fugit g qd oms appetunt. appetit qd oms fugiunt. Sed dū fugit qd omnes appetunt. appetiit qd oms fugiunt. fecit qd omnes mirarentur. ut & mortuus ipse resurgeret. & morte sua alios de morte suscitaret. Due quippe uite sunt hominis in corpore

consistentis. una ante mortem.
alia post resurrectionē. Quarū
unā om̄s agendo nouerant. al-
teram nesciebant. & humanū
genus soli huic quā nouerat
intendebat. Venit ꝑ carnē d̄ns.
& d̄u suscepit unā. alteram de-
monstrauit. d̄u hanc nobis cog-
nitam suscepit. illā quę nobis
ē incognita ostendit. Morien-
do quippe uitā exercuit quā
tenemus. resurgendo aꝑuit
quā queramus. exemplo suo nos
docens. qd̄ hęc uita quā ante
mortē ducim̄. non ꝓpter se
amanda sit. sed ꝓpter alterā
toleranda. Quia ḡ noua conuer-
satione usus inter homines
mores babylonię secutus n̄ est.
bene de eo scriptū ē. contēpnit
multitudinē ciuitatis. vt̄ cer-
te qd̄ multos ꝑ spaciosā uiam
uagantes deseruit. & ꝑ angustā
gradientes paucos elegit. Mul-
titudinē namq; ciuitatis con-
tempnere. ē humani generis
partē quę latā uiam ingredit̄.
quę & ꝓhabundantia iniqui-
tatis multa ē. a regni sui sorte
reꝓbare. Sequit̄. Clamorē exac-
toris non audit. Sicut iam su-
pra dictū ē. quis hoc loco ex-
actor accipi. n̄ diabolus potest.
Qui male suadendo spē contu-
lit immortalitatis. sed decipi-
endo exegit tributū mortis.
qui suadendo intulit culpā. se-
uiendo exegit penā. Huius exac-
toris sermo. ē ante mortē ho-
minis astuta ꝑsuasio. clamor
ū eius ē uiolenta iam rapina ꝑt
mortē. Quos enī ante mortē
latenter intercipit. hos ad
supplicij sui consortiū. post
mortē uiolenter rapit. Sed q̄a
ad mortē ueniens d̄ns huius ex-
actoris uiolentos impetus non
expauit. sicut ipse ait. uenit
enī princeps mundi huius & in
me non habet quicquā. bene
dicit̄. Clamorē exactoris non
audit. Venit quippe ad eum
exactor humani generis. q̄a
illū homine uidit. sed quem
infirmitate despectū homi-
nem credidit. uirtute supra
hominē sensit. Huius nimirū
exactoris typū laban tenuit.
quando cum furore ueniens
sua apud iacob ydola requisi-
uit. Laban quippe interpre-
tat̄ dealbatio. Dealbatio aut̄
diabolus non inconuenient̄
accipitur. qui cū sit tenebro-
sus ex merito. transfigurat se
uelut angl̄m lucis. Huic serui-
uit iacob. id ē ex parte reꝓbor̄
iudaicus ꝑpl̄s. ex cuius carne
incarnatus d̄ns uenit. Potest
etiā ꝑ laban mundus hic exp̄-

de passione

mi. qui cum furore iacob sequit̃.
quia electos quosq; qui redemp-
toris nr̃i menbra sunt. p sequen-
do opprimere conat̃. Huius filiam
id ē seu mundi siue diaboli ia-
cob abstulit. cum sibi xp̃c ecclam
ex gentilitate coniunxit. quā
& de domo patris abstrahit. q̃a
ei p pphām dicit. Obliuiscere
pplm̃ tuū. & domū patris tui.
Quid ū in ydolis n̄ auaricia desig-
natur. Unde p paulū dicit̃. Et
auaricia que ē ydolor̄ seruitus.
Laban ū ueniens apud iacob y-
dolū non inuenit. quia osten-
sis mundi thesauris diabolus
in redemptore nr̃o uestigia con-
cupiscentie terrene non repperit.
Sed que iacob non habuit.
ea rachel sedendo cooperuit. Per
rachel quoq; que & ouis dicit̃.
eccla figurat̃. Sedere aut̃ ē hu-
militatē penitentie appetere.
sicut scriptū ē. Surgite post-
quā sederitis. Rachel ḡ ydola
sedendo operuit. quia scā eccla
xp̃m sequens terrene concupi-
scentie uicia penitendo texit.
De hac cooptione uiciorum. p p-
phetam dicit̃. Beati quor̄ re-
misse sunt iniquitates. & quor̄
tecta sunt peccata. Nos ḡ rachel
illa significauit. quia ydola
sedendo p̃mimus. si culpas a-
uaricie penitendo dapnamus.

Que utiq; auaricia illis non solet
euenire. qui in uia dī uiriliter
currunt. quib̄ dicit̃. uiriliter
agite & confortet̃ cor ur̃m. sed
his maxime qui quasi effemina-
to gressu gradientes p blandim̄-
ta scli resoluunt̃. Unde & illic
eiusdē rachelis hec uerba sunt.
Iuxta consuetudinē feminarū
nunc accidit m̄i. Apud iacob ḡ
ydola non reppit. quia exactor
callidus q̃d in redemptore nr̃o
rep̄henderet. non inuenit. De
hoc exactore redeptori nr̃o gen-
tilitatē ab ei̅ dominio liberanti.
p pphetam dicit̃. Iugū enim
oneris ei̅. & uirgā humeri ei̅. &
sceptrū exactoris ei̅ superasti.
sicut in die madian. Eripiens
quippe gentilitatē dn̄s supauit
iugū oneris eius. cum eā aduen-
tu suo ab illa demoniace tyran-
nidis seruitute liberauit. Sup-
auit uirgā humeri eius. cū p-
cussionē illi̅ qua ex puerso ope
grauit̃ deprimebat. ab humano
genere redepto cōpescuit. Sup-
auit sceptrū exactoris. cū reg-
nū eiusdē diaboli qui ppesti-
fera ppetratione uiciorum exige-
re consueuerat debita tributa
penarū. de fideliū corde des-
truxit. Sed quom̄ hec acta sut̃.
audiam̄. Subiunctū est ilico.
Sicut in die madian. Non ab-

re- arbitror: si hoc madianita-
rũ bellũ. qđ incomparatione
aduentus dñici a ꝓpha uigilan-
ter illatũ ē. aliquanto latiꝰ dis-
serã. In libro quippe iudicũ ge-
deon contra madianitas dimicas-
se describit. Is cum exercitus
multitudinẽ ad bella ꝓduceret.
diuina illi admonitione ꝑcep-
tũ ē. ut ad fluuiũ ueniens. om-
nes quos flexis genibꝰ aquas hau-
rire conspiceret. a bellorꝫ confli-
ctu remoueret. Actumq; est. ⁊
trecenti uiri tantummodo q̃ stan-
tes manibꝰ aquas hauserant re-
manserunt. Cum his ad preliũ
ꝑgit. eosq; non armis. sed tu-
bis. lampadibꝰ. ⁊ lagenis ar-
mauit. Nam sicut illic scrip-
tũ ē. accensas lampades mise-
runt intra lagunculas. ⁊ tu-
bas in dextera. lagenas autẽ in
sinistra tenuerunt. ⁊ ad hostes
suos cominus uenientes. cecine-
runt tubis. confregerunt la-
gunculas. ⁊ lampades apparuerũt.
⁊ hinc tubarũ sonitũ. illinc
lampadum choruscationem.
territi hostes in fugã sunt con-
uersi. Quid hoc ē qđ tale bel-
lũ ꝑ ꝓphetã ad mediũ adducit.
⁊ aduentui redemptoris nr̃i
istius pugnę uictoria compa-
ratur. An indicare nobis pro-
pheta studuit. qđ aduentũ re-
demptoris nr̃i contra diabolũ illa
sub gedeon duce pugnę uictoria
designauit. Talia illic nimirũ
acta sunt. quę quanto magis u-
sũ pugnandi transeunt. tanto
amplius a ꝓphetandi mysterio nõ
recedunt. Quis enĩ umquã cum la-
genis ⁊ lampadibꝰ ad ꝑliũ uenit.
Quis contra arma ueniens arma
deseruit. Ridicula nobis hęc
ꝓfecto fuerant si terribilia ho-
stibus non fuissent. Sed uictoria
ipsa attestante didicimus. ne
parui hęc quę facta sunt ꝑpen-
damus. Gedeon itaq; ad preliũ
ueniens. redemptoris nr̃i sig-
nat aduentũ de quo scriptũ ē.
tollite portas principes ur̃as ⁊
eleuamini portę ęternales. ⁊
introibit rex glę. Quis ē iste
rex glę. Dñs fortis ⁊ potens
dñs potens in prelio. Hunc re-
demptorẽ nr̃m non solũ opere
sed etiã nomine ꝓphetauit.
Gedeon namq; interpretatur cir-
cuiens in utero. Dñs enĩ nr̃ ꝑ
maiestatis potentiã omnia
circũplectitur. ⁊ tamen ꝑ dis-
pensationis grãm intra uterũ
uirginis uenit. Quid ē ḡ circu-
iens in utero. nõ omp̃s ds̃ sua dis-
pensatione nos redimens. di-
uinitate cuncta cõplectens. ⁊
humanitatẽ intra uterũ su-
mens. in quo utero ⁊ incarna-

tus eēt. & clausus non eēt. quia
& intra uterū fuit ꝑ infirmita-
tis substantiā. & extra mundū
ꝑ potentiā maiestatis. Madian
ū interpretat̄ dī iudiciū. Ut e-
nim hostes eī repellendi destru-
endiq; eēnt. non de iuicio vl̄ de
iudicio repellentis. sed iudicio
iuste iudicantis fuit. Et idcir-
co dī iudiciū uocantur. q̄a ali-
eni iam agrā redeptoris. iuste
d̄apnationis meritū etiā in uo-
cabulo nominis trahunt. Con-
tra hos gedeon cum trecentis ꝑ-
git ad preliū. Solet in centena-
rio numero plenitudo ꝑfecti-
onis intelligi. Quid ḡ inter du-
cto centenario numero desig-
nat̄ n̄ ꝑfecta cognitio trini-
tatis. Cum his quippe d̄ns nr̄
aduersarios fidei destruit. cū
ad p̄dicationis bella descendit.
qui possunt diuina cognosce-
re. qui sciunt de trinitate q̄
d̄s est ꝑfecta sentire. Notandū
ū ē quia iste trecentoꝝ nume-
rus in thau littera continet̄.
quę crucis speciē tenet. cui si
sup̄ transuersā lineā id qd̄ in
cruce eminet adderet̄. non iā
crucis species sed ipsa crux es-
set. Iuia ḡ iste trecentoꝝ nu-
merus in thau littera continet̄.
& ꝑ thau litterā sicut diximꝰ.
crucis species ostendit̄. non
in merito in his trecentis gede-
onē sequentibꝰ illi designati
sunt. quibꝰ dictū ē. Si quis uult
post me uenire abneget semet
ipsum. & tollat crucem suā &
sequat̄ me. Qui sequentes d̄nos
tanto ueriꝰ crucē tollunt. q̄n-
to acrius & se edomant. & er-
ga ꝓximos suos caritatis com-
passione cruciant̄. Unde & ꝑ
ezechiel ꝓphām dicit̄. Signa
thau sup̄ frontes uiroꝝ gemen-
tiū & dolentiū. Uel certe in his
trecentis. qui in thau littera
continentur. hoc exprimitur
qd̄ ferrū hostiū crucis ligno
sup̄etur. Ductiq; sunt ad flu-
uiū ut aquā biberent. & quiq;
aquas flexis genibꝰ hauserunt.
a bellica intentione remoti sūt.
Aquis namq; doctrine sapien-
tię. stanti aut̄ genu recta opa-
tio designat̄. Qui ḡ d̄u aquas
bibunt. genu flexisse ꝑhibent̄.
a belloꝝ certamine ꝓhibiti re-
cesserunt. quia cū illis xp̄c con-
tra hostes fidei ꝑgit ad preliū.
qui cū doctrinę fluenta hauri-
unt. rectitudinē op̄um non
inflectunt. Om̄s quippe tunc
bibisse aquā. sed non om̄s rec-
to genu flexisse narrati sunt.
reꝓbatiq; sunt qui genua d̄u
aquas biberent inflexerunt.
quia attestante ap̄lo non au-

dtores legis iusti sunt apud dm.
sed factores legis iustificabunt.
Quia enī ut dixim⁹ dissolutio o-
pum. in ipsa genuū curuatione
signatur. / recte rursū p paulū
dicit. Remissas manus æ disso-
luta genua erigite. / æ gressus
rectos facite pedib⁹ uīris. Isi g̃
xp̄o duce ad bellū pdeunt. / q̃
hoc qđ ore annuntiant. ope
ostendunt. Qui fluenta doctri-
nę spūaliter haurunt. nec
tamen inprauis op⁹ib⁹ carnalit̄
inflectuntur. / quia sicut sēp-
tum ē. non ē speciosa laus in
ore peccatoris. Jtum ē g̃ ad p̄-
lium. cum tubis. cū lampadib⁹.
cum lagenis. / atq; iste ut dix-
imus fuit ordo p̄luandi. Lecti-
nerunt tubis. / inita legenas
aut sunt missę lampades. /
confractis aut̄ lagenis lampa-
des ostensę sunt. / quarū cho-
ruscante luce hostes territi
in fugā uertunt. Designatur
itaq; in tubis clamor p̄dican-
tium. / in lapadib⁹ claritas
miraculoꝝ. / in lagenis fragi-
litas corpoꝝ. Tales quippe se-
cū dux nr̄ ad p̄dicationis p̄-
lium duxit. / qui despecta sa-
lute corpoꝝ hostes suos mori-
endo psternerent. eoꝝq; gla-
dios non in armis æ gladiis.
sed patientia superarent. Ar-
mati enī uenerunt sub duce suo
ad preliū martyres nr̄i. / sed tu-
bis. sed lagenis. sed lampadib⁹.
Qui sonuerunt tubis. dū predi-
cant. confregerunt lagenas
dū soluenda inpassione sua cor-
pora hostilib⁹ gladiis opponunt. /
resplenduerunt lampadibus
dū solutionē corpoꝝ miraculi
chorusca uerunt. Moxq; hostes
in fugā uersi sunt. / quia dum
mortuoꝝ martyrū corpora mi-
raculis choruscare conspiciunt.
luce ueritatis fracti qđ inpug-
nauerant crediderunt. Lecine-
runt g̃ tubis. ut lagenę fran-
gerentur. / lagenę fractę sunt.
ut lampades apparerent. / appru-
erunt lampades. ut hostes in fu-
gā conuerterent. / id ē predi-
cauerunt martyres. donec
eoꝝ corpora in morte solueren-
tur. / corpora eoꝝ in morte sol-
uunt. ut miraculis choruscа-
rent. / choruscauerunt mira-
culis. ut hostes suos ex diuina
luce psternerent. / quatenus ne-
qua quā dō erecti resisterent.
sed eū subditi formidarent.
Et notandū qđ steterunt hos-
tes ante lagenas. fugerunt an-
te lampades. / quia nimirū p-
secutores sc̄ę fidei p̄dicatores
ad huc in corpore positis re-
stiterunt. / post solutionē

ū corpm apparentib⁹ miraculis in
fugam ūsi sunt. quia pauore cō
territi. a psecutione fideliū cessa
uerunt. Predicatione scilicet tu
barū fractis. lagenis corpm uisis.
timuerunt lampadib⁹ miraculoꝝ.
Intuendū est etiā id qd illic scip
tū ē. quia in dextā tubas. lagenas
aūt in sinistā tenuerunt. Pdext
enim habē dicimur. qcqd p mag
no pensam⁹. p sinistro ū qd p
nichilo ducim⁹. Bene g illic scip
tū ē. qd in dextera tubas. et lage
nas in sinistra tenuerunt. quia
xpi martyres p magno habent p
dicationis grām. corporū ū utili
tatē p minimo. Quisqs enim plus
facit utilitatem corpis quā gra
tiā pdicationis. in sinistra tubā
atq; in dextera lagenā tenet. Si e
nim pore loco grā pdicationis
attendit. ⁊ posteriori utilitas cor
pis. certū est quia dextris tube.
et sinistris lagene teneant. Hinc
dns ait in eūglo. Neq; accendūt
lucernam. ⁊ ponunt sub modio.
s; sup candelabrū. In modio e
nim cōmodū tempale. in lucer
na autē lux pdicationis acci
pitur. Lucernam g sub modi
o ponere. est ppō tempale com
modū grām predicationis ab
scondere; Quod nemo utiq; e
lectoꝝ facit. Et bene illic ad
ditur. Sed sup candelabrum.

In candelabro enī status corporis
designat. Cui lucerna sup ponit.
dū eidē corpori cura pdicationis
ante fert. Bene itaq; p pphām
dictum ē. Sceptrū exactoris ei⁹
exupasti. sicut in die madian.
Sed quia exponendi pphetici te
stimonii grā digressi sumus. ad
opis nri ordinē reuertamur.
Igit postquā dictū ē. clamorē
exactoris non audit. quia uide
licet antiqui hostis insidias dns
manifestatus despexit. qd etiā
de electis suis fecerit. recte sub
iungit dicens. Circūspicit mon
tes pascue sue. Montes accipim⁹
oms elatos hui⁹ scli. qui in cor
de suo altitudine terrena tu
muerunt. Sed quia etiā tales
dns ecclē sue corpori conuersos
inuiscerat. eosq; a pore elatione
commutans in sua mbra trans
format. isti montes pascue eis
montes sunt. quia nimirū de
conuersatione errantiū. et de
superboꝝ humilitate saciant.
sicut ipse. meus cibus ē ut faciā
uoluntatē ei⁹ qui misit me. et
sicut aplis ad pdicationē mis
sis pcepit dicens. Opamini non
cibū qui perit. sed qui pmanet
inuitā eternā. De his montib⁹
p pphām dicit. Non repellet
dns plebē suam. quō in manu
ei⁹ sunt oms fines terre. et al

titudines montiū ipse conspicit.
Altitudines enī montiū elationes
sunt utiq; supborū. quas dn̄s con-
spicere dicit. id ē ab iniquitate
sua in meli⁹ commutare. Conuer-
tit namq; eum quē conspicit
dn̄s. Vnde scriptū ē. Conuersus
dn̄s respexit petrum. & recordat⁹
petrus uerbi sicut dixit. quia
priusquā gallus cantet ter me
negabis. & egressus foras fleuit
amare. & sicut salomon ait. Rex
qui sedet in solio iudicij. dissi-
pat omne malū intuitu suo. De
hoc respectu montiū. rursū p̄ p̄-
phetam dicit. Montes sicut ce-
ra fluxerunt a facie dn̄i. quia
post p̄uersitatis suę duriciā di-
uina formidine liquefacti. ab
illo pri⁹ rigido timore substrati
sunt. Intuendū etiā qd̄ non ait
inspicit. sed circumspicit mon-
tes pascuę suę. In iudea quippe
incarnatus ē dn̄s. quę posita
in medio gentiū fuit. Atq; ideo
circumspexit montes. quia ela-
tos hui⁹ scl̄i. circumquaq; posito⁹
ex gentilitatis uniuersitate col-
legit. In his itaq; montib⁹ pasci-
tur. quia bonis opib⁹ conuersoꝝ.
quasi herbis uirentib⁹ satiatur.
Hinc ē qd̄ ei sponsę uoce in can-
ticis canticoꝝ dicit. Ubi pascis
ubi cubas in meridie. Pascit̄
quippe dn̄s. cū nr̄is actib⁹ delec-
tatur. Cubat ū in meridie. cū ex
desideriis carnalib⁹ ardenti cor-
de reproboꝝ. apud electoꝝ suoꝝ
pectora refrigeriū inuenit co-
gitationis bonę. Mons enī qui-
dam matheus fuerat. quando
in thelonei lucris tume bat.
De quo & scriptū ē. Et aud quia
postquā credidit. inuitato in
domū suā dn̄o conuiuiū mag-
nū fecit. Mons itaq; iste huic
onagro uirentis pascuę herbas
p̄tulit. quia & foris eum con-
uiuio & intus epulis uirtutū
pauit. Q̄d ad huc plenissime
expletur. cū subdit. Virentia
queq; p̄quiret. Arentia enī de-
serit. & uirentia queq; p̄quirit.
Arent namq; corda hominū.
quę in hui⁹ scl̄i spe p̄itura plan-
tata eternitatis fiduciā non
habent. uirent aut̄ qui illi he-
reditati inhérent. de qua pe-
trus apl̄s dicit. In hereditatē
incorruptibile. & incontami-
natā. & inmarcescibile. Tantó
enī quiq; uere uirentes sunt.
quantó in hereditatis inmar-
cescibilis sorte cogitationis ra-
dicem figunt. Quisquis itaq;
intrinsecus arére formidat.
arentia extrinsecus mundi hui⁹
desideria fugiat. Quisq̄s a dn̄o
p̄quiri desiderat. eternā patri-
am appetens in interna cordis

plantatione uiridescat. Hec aut̄
de onagro exposita sub duplici
intellectu sufficiant. lectoris ū
iudicio relinquendū ē. q̄d magis
duxerit eligendū. Et si utriusq;
expositionis intelligentiā for-
tasse tu . despexerit. libent̄
ipse lectorem meū subtili utriq;
sentientē uelut magistrū disci-
pulus sequor. quia m̄ ꝓpe dona-
tū credo. quicq̄d illū me melius
sentire cognosco. Om̄s enī qui fi-
de pleni de d̄o aliq̄d sonare ni-
timur. organa ueritatis sumus.
& in eiusdem ueritatis potestate
ē. utrū ꝑ me sonet alteri. an ꝑal-
terū m̄. Ipsa quippe in medio
nr̄i etiā non eque uiuentib⁹ om-
nibus equa ē. & sepe aliū tangit
ut bene audiat. q̄d ꝑ aliū ipsa
sonuerit. sepe ū aliū tangit. ut bene
audiat q̄d ab aliis audiat̄ sonet.
Sepe doctori grā uerbū ꝓ gratia
tribuit auditoris. & sepe ꝓpt̄
auditoris culpā subtrahitur
sermo doctori. In his ḡ que uber-
tim p̄dicat doctor nulla elatio-
ne se efferat. ne fortasse non ꝓ
sua sed ꝓ auditoris grā ei⁹ reple-
atur. Et in his que doctor steri-
liter dicit. auditor non succen-
seat. ne fortasse doctoris lin-
gua non ꝓ sua sed ꝓ auditoris
reꝓbatione torpescat. Ꝓ audito-
ris namq; grā datur bonus
etiā sermo malis doctorib⁹. sicut
poterant phariseis suppetere
uerba p̄dicationis. de quibus
scriptū ē. Om̄a ḡ quecumq; dix-
erint uobis seruate & facite. se-
cundū ū opa eoꝝ nolite facere.
Ꝓpter auditoꝝ reꝓbationē bo-
nis etiā doctorib⁹ sermo subtra-
hitur. sicut ad ezechielē cont̄
isrl̄ dicit̄. Linguā tuā adherere
faciā palato tuo. & eris mutus
nec quasi uir obiurgans. quia
domus exasp̄ans ē. Aliquando
aut̄ sermo p̄dicationis ꝓpter
utrosq; datur. aliq̄ndo ꝓpter
utrosq; subtrahit̄. Ꝓpter utros-
q; enī datur. sicut diuina uo-
ce paulo apud corinthios d̄r.
Noli timere sed loquere. Et pau-
lo post. Quia ppl̄s multus est
m̄ in ciuitate hac. Ꝓpter utros-
q; enī subtrahit̄. sicut helÿ sa-
cerdos & prauā filioꝝ cognouit
actionē. & dignā increpatio-
ni non exercuit uocem. cū ꝓfec-
to futurū eēt. ut in mortis sup-
plicio. & istos reatus flagicii.
& illū silentii pena multaret.
Inter hec ḡ cum vl̄ ꝓ quo ser-
mo det̄ vl̄ ꝓpter quē subtra-
hat̄ ignoramus. unū ē salu-
bre remediū. nec de his aliis
maius accipim⁹. nosmetipsos
extollere. nec de eo alterū q̄d
minus accepit irridere. sed

fixo humilitatis pene grauiter
& constant incedere. quia in
hac uita tanto ueraci docti sum.
quanto doctrinam nobis a nobis
metipsis suppetere non posse cog-
noscimus. Cur ergo quilibet de doc-
trina superbiat. que occulto iu-
dicio. vel cui quando detur. vel quan-
do cui subtrahatur ignoratur.
Quamuis enim securitati timor sem-
per longe uideatur ab esse. nobis
tamen nichil securius quam sub
spe semper timere. ne incauta
mens aut desperando se inuiciis
deiciat. aut extollendo de do-
nis ruat. Ante districti enim ac
pii iudicis oculos. quanto de
se sub spe humilius trepidat.
tanto in illo robustius stat.

Explicit Liber Tricesimus.
Incipit Hystoria Libri. xxxi.

Numquid uolet rinoceros seruire tibi. aut
morabitur ad presepe tuum. Numquid alligabis
rinocerotam ad arandum loro tuo. aut con-
fringet glebas ualliuum tuarum post te. Nun-
quid fiduciam habebis in magna fortitu-
dine eius. & derelinques ei labores tuos.
Numquid credes ei quod reddat semen tibi.
& aream tuam congreget. Penna strucionum
similis est pennis herodii et accipitris. Cum
do derelinquit in terra oua sua. tu forsi-
tan in puluere calefacis ea. Obliuiscitur quod
pes conculcet ea. aut bestie agri conterant.
Induratur ad filios suos quasi non sint sui.
frustra laborauit nullo timore cogente.
Priuauit enim eam deus sapientia. nec dedit ei
intelligentiam. Cum tempus fuerit in altum alas
erigit. deridet equitem et ascensorem eius. Num-
quid prebebis equo fortitudinem. aut circum-
dabis collo eius hinnitum. Numquid suscitabis
eum quasi locustas. Gloria narium eius terror.
Terram ungula fodit. exultat audacter. in
occursum pergit armatis. contempnit pauorem.
nec cedit gladio. Super ipsum sonabit phare-
tra. uibrabit hasta et clypeus. Feruens et
fremens sorbet terram. nec reputat tube
sonare clangorem. Vbi audierit bucinam
dicet. Vach. Procul odoratur bellum. exhortatio-
nem ducum. et ululatum exercitus. Numquid
per sapientiam tuam plumescit accipiter. ex-
pandens alas suas ad austrum. aut ad precep-
tum tuum eleuabitur aquila. et in arduis ponet
nidum suum. In petris manet. et in preruptis
silicibus commoratur. atque in accessis rupibus. In-
de contemplatur escam. et de longe oculi eius pro-
spiciunt. Pulli eius lambent sanguinem.
et ubicumque cadauer fuerit. statim adest.
Et adiecit dominus. et locutus est ad iob. Numquid
qui contendit cum deo. tam facile conqui-
escit. Utique qui arguit deum. debet res-
pondere ei.

Expl. Hystoria.
Incipit Liber. xxx primus.

IN PARADISO.
Sano Homini Inuidens
diabolus superbie uulnus
inflixit. ut qui mortem
non acceperat conditus
mereretur elatus. Sed quia
diuine potentie suppetit. non
solum bona de nichilo facere.

sed etiam ex malis que diabolus perpetrauerat reformare. contra hoc inflictum uulnus superbientis diaboli. medicina apparuit inter homines humilitas dei. ut auctoris exemplo humiliati surgerent. qui imitatione hostis elati ceciderunt. Contra quod superbientem diabolum apparuit inter homines homo factus humilis deus. Hunc potentes huius seculi. id est membra diaboli superbientis. eo despicabile crediderunt. quo humile conspexerunt. Vulnus enim cordis eorum quanto magis tumuit. tanto amplius medicamentum mite despexit. Repulso quod uulnere superborum. medicina nostra peruenit ad uulnus humilium. Infirma quippe mundi elegit deus ut confundat fortia. actumque est cum pauperibus. quod post etiam diuites elati mirarentur. Nam dum nouas in illis uirtutes aspiciunt. eorum quorum prius contempsere uitam postmodum obstupuere miracula. Unde mox pauidi ad sua corda redeuntes. extiterunt sanctitatem in miraculis. quam despexerant in preceptis. Et infirma quod confusa sunt fortia. quia dum in uenerationem uita surgit humilium. elatio cecidit superborum. Igitur quia beatus iob sancte ecclesie typum tenet. et omnipotens deus preuidit. quod in primordiis nascentis ecclesie. potentes huius seculi. lene eius iugum suscipere crassa cordis ceruice recusarent. dicat. Numquid uolet rinoceros seruire tibi. Rinoceros enim in domitie omnino naturae est. ita ut si quando captus fuerit. teneri nullatenus possit. In patiens quippe ut fertur. ilico moritur. Et ius uero nomen lingua latina interpretatum. sonat in nare cornu. Et quid aliud in nare. nisi fatuitas. Quid in cornu. nisi elatio designatur. Nam quia in nare fatuitas solet intelligi. salomone attestante didicimus qui ait. Circulus aureus in naribus suis. mulier pulchra et fatua. Hereticam namque doctrinam nitore uidit eloquii resplendere. nec tamen sapientie apto intellectu congruere. et ait. Circulus aureus in naribus suis. id est doctrina heretica. pulchra per uerbum. fatua per intellectum. In cornu uero quia superbia frequenter accipitur. propheta attestante didicimus qui ait. Dixi iniquis nolite inique agere. et delinquentibus nolite exaltare cornu. Quid quod in rinocerote hoc. nisi potentes huius seculi designantur. uel ipse in eo summe principatuum potestates. quia typo fatue iactationis elati. dum falsis exterius inflantur honoribus ueris miseriis intus inanescunt.

Quib⁹ bene dicit. Quid supbit terra & cinis. In ipsis u̅ initiis nascentis ecclę. d̄u contra illa diuitū se potestas extolleret. atq; in ei⁹ nece immensitate tantę crudelitatis anhelaret. d̄u tot cruciatib⁹ onibus p̄ssa succumberet. quis tunc credere potuit. qd̄ illa erecta & aspa colla supboꝝ sibi subiceret. & iugo sc̄i timoris edomita mitib⁹ fidei loris ligaret. Diu quippe in exordiis suis rinocerotis hui⁹ cornu uentilata. & quasi funditus interimenda p̄cussa ē. sed diuina grā dispensante. & illa moriendo uiuificata conualuit. & cornu suū rinoceros iste feriendo lassatus inclinauit. qd̄q; impossibile hominibus fuit. d̄o difficile non fuit. qui potestates hui⁹ mundi rigidas. non uerbis s; miraculis fregit. Ecce enī cottidie seruire rinocerotas agnoscimus. d̄u potestates hui⁹ mundi qui in uirib⁹ suis fatua dudū fuerant elatione confisi. d̄o subditas iam uidem⁹. Quasi de quod̄a indomito rinocerote d̄ns loquebat̄. cū diceret. Diues difficile intrabit in regnū celoꝝ. Cui cū responsum ēēt & quis poterit saluus fieri. ilico adiunxit. Apud homines hoc impossibile ē. apud deū

anxia. d̄u tot p̄sciuti

aut̄ omnia possibilia sunt. Ac si diceret. Rinoceros iste humanis uirib⁹ mansuescere n̄ potest. sed tamen diuinis subdi miraculis potest. Vnde hic quoq; apte beato iob scę ecclę typū tenenti dicit̄. Numq̄d uolet rinoceros seruire t̄. subaudis ut michi. qui eum predicam̄tis quid̄e hominū diu resistere p̄tuli. sed tamen repente cum uo fest lui miraculis straui. Ac si aptius dicat. Numq̄d hi qui fatua elatione supbiunt. sine meis adiutoriis tuę p̄dicationi subdunt̄. Ꝑ quē itaq; p̄uales considera. & in omne qd̄ p̄uales sensū elationis inclina. Vel certe ad beati iob noticiā p̄humilianda ei⁹ uirtute deducit̄. quā mira q̄ndoq; p̄ aplos agant̄. qui mundū d̄o subiciunt. eiq; edomitā potentū hui⁹ sc̄i supbiā flectunt. ut tanto de se beat⁹ iob minus estimet. quanto aggregari d̄o tam difficiles animas p̄ alios uidet. Dicat ḡ. Numq̄d ualet rinoceros seruire tibi. Subaudis sicut p̄ eos quos misero seruit m̄i. Sequit̄. Aut morabit̄ ad p̄sepe tuum. Presepe hoc loco ipsa scriptura sacra non inconuenienter accipitur. in qua uerbi pabulo

animalia scā satiant. De quib⁹ p
pphetam dicit. Animalia inha-
bitabunt in ea. Hinc etiā natus
dn̄s a pastorib⁹ in p̄sepe reppit.
quia ei⁹ incarnatio in ea que
nos reficit pphārū scriptura
cognoscit. Rinoceros itaq; iste
uidelicet om̄is elatus in p̄mor-
diis nascentis ecclē cū patriar-
charum dicta. cum pphetarū
mysteria. cum euaglii archana
audiret. irridebat. q̄a tis. tan-
tō in predicatoꝝ presepe claudi
satiariq; contempserat. quan-
tō in uoluptatib⁹ ppriis dimissis.
despationis sue campū tene-
bat. Quē superboꝝ campū be-
ne paulus insinuat dicens. Qi
despantes semetipsos tradide-
runt impudicicie. in opationē
in mundicie. om̄s in auaricia.
Tantō enī se quisq; in malis p̄-
sentib⁹ lati⁹ relaxat. quantō p̄t
hanc uitā se assequi bona eter-
na despat. Sed omp̄s deus diu
rinocerotā hunc p praue uo-
luntatis campū uagantē ptu-
lit. & tamen cum uoluit re-
pente ad suū presepe religa-
uit. ut uite pabulū bene clau-
sus accipiat. nec uitā fundit⁹
malus liber amittat. Ecce enī
iam cernim⁹ qd potentes hui⁹
scli eiusq; p̄ncipes. p̄dicamen-
ta dn̄ici libenter audiunt. con-
stanter legunt. passimq; a p̄se-
pe non exeunt. quia p̄cepta dei
que aut legendo aut audiendo
cognoscunt. nequaquā uiuendo
transcendunt. sed aduerbi pa-
bulū quasi clausi stare equani-
miter tolerant. ut & edendo & p
manendo pinguescant. Qd cum
dō agente conspicimus. qd ali-
ud quā rinocerotā hunc ad pre-
sepe morantē uidemus. Quia
ū post acceptū pabulū p̄dica-
tionis rinoceros iste fructū de-
bet ostendere. recte subiungit.
Numqd alligabis rinocerotam
hunc ad arandū loro tuo. Lora
sunt ecclē p̄cepta disciplinę.
Arare ū est. p p̄dicationis stu-
diū humani pectoris terram
uomere lingue pscindere.
Hic ḡ rinoceros quondā supbis
ac rigidus. iam nunc loris fi-
dei tenet ligatus. atq; ad p̄se-
pe ad arandū ducit. quia eā
p̄dicationē qua ipse refectus
ē. innotescere & aliis conat.
Scimus enī rinoceros iste ter-
renus uidelicet p̄nceps. q̄nta
pri⁹ contra dn̄m crudelitate
seuierit. & nunc agente dn̄o
cernimus. q̄nta ei humilitate
substernitur. Hic rinoceros
non ligatus ē sed etiā ad a-
randū ligatus. quia uideli-
cet disciplinę loris astrictus.

non solu se a prauis opibus reti-
net. sed etiã in scẽ fidei p̃dicati-
onibus exerit. Ecce enĩ sicut su-
pius dictũ ẽ. ipsos humanarũ
rerũ rectores ac p̃ncipes dũ metu-
ere dm̃ in suis actib⁹ cernimus. ⁴
q̃d aliud quã loris ligatos uide-
mus. ⁵ Cum ũ eã fide quã dudũ
p̃sequendo impugnauerant.
nunc p̃latis legibus p̃dicare non
cessant. ⁴ q̃d aliud faciunt. n̄ ara-
tri laborib⁹ insudant. ⁵ Libet
uidere hunc rinocerotã id est
terrę p̃ncipem fidei loris liga-
tum. quemadmodũ & cornu
portat p̃ potentiã scli. & iugum
fidei sustinet p̃ amorẽ dĩ. Timeri
enĩ rinoceros poterat ualde. n̄
ligatus eẽt. Cornu quippe habet.
sed ligatus ẽ. Habent ḡ in loris
ei⁹ q̃d humiles diligant. habens
in cornu ei⁹ qd̃ elati p̃timescant.
Strictus enĩ loris seruat pieta-
tem mansuetudinis. sed fult⁹
cornu terrenę glę. exercet dñi-
um potestatis. Plerumq; aut̃
cum exigente ira ad feriendũ
rapit̃. diuino timore reuocat̃.
equidẽ p̃ asperatã potentiam
in furore se eleuat. sed quia
ęterni iudicis reminiscit̃. cor-
nu ligatus inclinat. Sepe ipse
uidisse me memini. q̃d cum
se ad feriendũ grauiter hic
rinoceros accenderet. & q̃si

eleuato cornu bestiolis mini-
mis mortes. exilia. dampnatio-
nẽq; subiectis inmensis terrorib⁹
intentaret. repente fronti signo
crucis imp̃sso. omne in se incen-
diũ furoris extinxit. conuersas
minas deposuit. & quia ad deli-
berata p̃gredi non posset ligat⁹
agnouit. ⁴ & non solũ in se iras
edomat. sed in subiectoꝝ etiã
sensib⁹ omne qd̃ rectũ ẽ insere-
re festinat. atq; ut omnes scãm
ęcclam ex intima cogitatione
uenerarent̃. exemplo ipse suę
titudine non inflectat. Hec in-
terim blandiens insinuat. et
seorsum iam in negotio terreno.
quos prouidet peccati laqueos oc-
cultat. Ossa itaque eius sicut fistu-
le eris sunt. quia perniciosa eius
consilia auditori suo consulen-
tis uocis suauitate blandiuntur.
Alius quoque non solum decreuit
commoda terrena non querere.
sed etiam cunctis que possidet
renuntiare. ut in discipulatu
celestis magisterii tanto se libe-
rius exerceat. quanto et expedi-
tior redditus. que et possiden-
tem premere poterant deserens
calcat. Huius cor hostis insidians
occulta suggestione alloquitur

dicens. Unde hęc temeritatis tan-
ta surrexit audatia. ut credere
audeas q̄d omnia relinquendo
subsistas. Aliter te creator con-
didit. atq; aliter tu te ipse disponis.
Valentiorē te robustiorēq; faceret.
si sequi te sua uestigia cū inopię
necessitate uoluisset. An non ple-
riq; & terrena patrimonia ne-
quaquā deserunt. & tam̄ ex his
p̄miscdię opa sup̄nę sortis bo-
na ęterna mercantur. Hęc blan-
diens suggerit. seorsū ū in eis
de reb⁹ quas retinere admonet.
ante retinentis oc̄los delectatio-
nes pestiferas decipiens apponit.
quatenus seductū cor ad blanda
exteriora p̄trahat. & intima p̄-
fectionis uota p̄uertat. Ossa itaq;
ei⁹ sicut fistulę eris sunt. quia
dolosa ei⁹ consilia dū blandum
de exterioribus sonū reddunt. p̄-
nitiosū dispendiū de interiori-
bus ingerunt. Ali⁹ relictis om̄ib⁹
quę exterius possederat ut or-
dinē sublimioris discipulatus
app̄hendat. etiā intimas fran-
gere uoluntates parat. ut recti-
orib⁹ se alteri⁹ uoluntatib⁹ sub-
dens. non solū prauis desideriis
sed ad p̄fectionis cumulū etiā
in bonis uotis sibimetipsi renun-
tiet. & cuncta quę sibi agenda
sunt ex alieno arbitrio obser-
uet. Hunc hostis callidus tanto
molli⁹ alloquit. quanto ab excel-
siore loco deicere ardenti⁹ conat.
moxq; uirulenta suggestione
blandiens dicit. Quanta p̄temet-
ipsū agere miranda poteris. si
nequaquā te iudicio alteri⁹ sub-
dis. Cur p̄uectū tuū sub studio
meliorationis inminuis. Cur
intentionis tuę bonū dū ultra
quā necēē ē extendere niteris
frangis. Quę enī dū uoluntate
p̄pria usus es p̄uersa p̄petrasti.
Qui q̄ tibi plene ad bene uiuendū
sufficis. alienū sup̄ te iudiciū
cur requiris. Hęc blandiens
intimat. seorsū ū in uoluntati-
bus ei⁹ p̄priis exercendę sup̄bię cau-
sas parat. & dum laudat cor de
intestina rectitudine. inuesti-
gat callide ubi subruat in pra-
uitate. Ossa itaq; ei⁹ fistulę eris
sunt. quia clandestina ei⁹ con-
silia unde quasi blanda animū
delectant. inde p̄nitiosa a recta
intentione dissipant. Ali⁹ fractis
plene uoluntatib⁹ suis multa
iam uetusti hominis uicia &
immutatione uitę. & lamenta-
tione penitentię excoxit. &
tanto maiore zelo contra aliena
peccata accendit. quanto sibimet
ipsi funditus mortuus iniqui-
tatib⁹ p̄priis non tenet. Hunc
hostis callidus. quia zelo iusticię
etiā ceteris p̄desse cognoscit.

quasi ꝓspere consulentib⁹ uerbis
appetit dicens. Quid te ad alie-
na curanda dilatas. Itinā tua
considerare conualescas. An non
ꝑpendis. quia dū ad aliena ex-
tenderis. erga curanda quę tua
sunt minor inuenieris. Quid
ꝓdest alieni uulneris cruorem
tergere. & putredinē ꝓprii neg-
ligendo dilatare. Hęc dū quasi
consulens dicit. zelū caritatis a-
dimit. & omnē qd̄ bōnū ꝓdire
ex caritate poterat. gladio sub-
introducti torporis extinguit.
Si enī ꝓximos diligere sicut nos-
metipsos p̄cipimur. dignū ē
ut sic eoꝝ zelo contra uicia sic
nr̄o flagrem⁹. Quia ḡ dū suaui-
ter consulit. mentē ab intenti-
one ꝓpria alienā reddit. recte
dicit. Ossa ei⁹ sicut fistulę eris.
Quando enī ꝑfraudulenta consilia
audientis animo blandū sonat.
quasi cum fistula ęris cantat.
ut unde mulcet. inde decipiat.
Sed uehemoth iste ualde molli⁹
certamen mouet. quando se in
insidiis sub p̄textu infirmita-
tis exercet. tunc aut̄ duriores
temptationes excitat. q̄ndo
ante temptati oc̄los iniq̄tatis
laqueos sub specię uirtutis oc-
cultat. Vnde & recte subiungit.
Cartillago ei⁹ quasi lamminę
ferreę. Quid enī ꝑ cartillaginē.

n̄ simulatio ei⁹ accipitur. Cartil-
lago aut̄ ossis ostendit speciem. s;
ossis non habet firmitatē. Et sūt
non nulla uicia. quę ostendunt
in se rectitudinis speciem. sed ex
prauitatis ꝓdeunt infirmitate.
Hostis enī nr̄i malicia tanta se arte pal-
liat. ut plerumq; ante deceptę
mentis oc̄los culpas uirtutes fin-
gat. ut inde quasi expectet pre-
mia. unde ęterna dignus ē in-
uenire tormenta. Plerumq; enī
in ulciscendis uiciis crudelitas
agit. & iusticia putatur. atq;
immoderata ira. iusti zeli meri-
tū creditur. & cū a distortis mo-
ribus peccantes dirigi caute
debeant. uiolenta inflexione
frangunt. Plerumq; dissoluta
remissio quasi mansuetudo ac
pietas habetur. & dū plus quā
decet delinquentib⁹ temporalit̄
parcitur. ad ęterna supplicia
crudeliter reseruant. Non nū-
quā effusio miscdia creditur.
& dū male seruare culpa sit.
peius spargi qd̄ acceptū ē non
timet. Non numquā tenatia
parcitas putatur. & cū graue
sit uiciū non tribuere. uirtus
credit̄ accepta retinere. Sepe
maloꝝ ꝑtinatia constantia di-
citur. & dū mens a prauitate
sua flecti non patit. quasi ex
recti defensione gl̄atur. Sepe

inconstantia quasi tractabilitas
habetur: / & quo quisq; fide in-
tegrā nulli seruat. eo se amicū
omnib⁹ estimat. Aliq̄ndo timor
incōpetens humilitas creditur: /
& cū temporali formidine p̄ssis
quisq; a defensione ueritatis ta-
cet. arbitrat̄ q̄d iuxta d̄i ordi-
nem humile se potiorib⁹ exhi-
bet. Aliq̄ndo uocis sup̄bia ue-
ri libertas estimatur: / & cū p̄
elationē ueritati contradicit̄.
loquendi p̄cacitas ueritatis de-
fensio putat̄. Plerumq; pigri-
cia quasi continentia quietis
attenditur: / & cū grauis culpe
sit recta studiose non agere.
magne uirtutis meritū credit̄.
apraua tantū actione cessare.
Plerumq; inquietudo sp̄c uigi-
lans sollicitudo nominatur: /
& cū quietē quisq; non tolerat.
agendo que appetit uirtutis
debite implere se exercicium
putat. Sepe ad ea que agenda
sunt incauta p̄cipitatio lau-
dandi studii feruor creditur: /
& desideratū bonū intēpesti-
ua actione corrumpit̄. eo agi
meli⁹ quo celeri⁹ estimat̄. Sepe
accelerandi boni consiliū pu-
tatur: / & cum expectat̄ ut ex-
tractatione p̄ficiat. hoc insidi-
ans mora supplantat. Igit̄ cū
culpa uelut uirtus aspicit̄.

necessario pensandū ē. q̄a tantō
tardi⁹ mens uiciū suū deserit.
quantō hoc q̄d p̄petrat non eru-
bescit: / tanto tardi⁹ mens uiciū
deserit. quantō p̄ uirtutis spe-
ciem decepta premior etiā de
eo retributionē querit. Facile
aut̄ culpa corrigit̄. que & eru-
bescitur: / quia ēē culpa sentit̄.
Quia itaq; error cū uirtus credit̄.
difficili⁹ emendatur: / recte d̄r.
Cartillago ei⁹ quasi lammine
ferree. Vehemoth enī iste quo
sub p̄textu boni calliditatem
suā fraudulenti⁹ exhibet: / eo in
culpa mentē duri⁹ tenet. Hinc
ē q̄d non numquā hi qui q̄si
uias sc̄itatis appetunt in erro-
rem lapsi tardi⁹ emendantur: /
rectū estimant ēē q̄d agunt. /
& sicut ex colende uirtuti. sic
uicio p̄seuerantiā iungunt: /
& idcirco suo iudicio enixi⁹ ser-
uiunt. Vnde bene ieremias cū
diceret. candidiores nazarei ei⁹
niue. nitidiores lacte. rubi-
cundiores ebore antiquo. sa-
phiro pulchriores. denigrata
ē sup̄ carbones facies eor. & n̄
sunt cogniti in plateis: / ilico
adiunxit. Adhesit cutis eor
ossibus: / aruit & facta ē quasi
lignū. Quid enī nazareor no-
mine. / n̄ abstinentiū & conti-
nentiū uita signatur: / Que

niue & lacte nitidior dicit. Nix
enim ex aqua congelascit que de-
sup uenit. lac autem ex carne exp-
mitur. que in inferioribus nutrit.
Quid ergo per niuem. nisi candor uite
celestis. quid per lac nisi temporalis
dispensationis administratio
demonstratur. Et quia plerumque
continentes uiri in eccla tam
mira opa faciunt. ut ab eis mul-
ti qui celestem uitam tenuerunt.
multi qui terrena bene dispen-
sauerunt superari uideantur.
& candidiores niue. & nitidio-
res lacte referunt. Quia etiam qui-
dam per feruorem spc. antiquorum &
fortium patrum non numquam
uincere uitam uidentur. recte
adiungit. Rubicundiores ebo-
re antiquo. Dum enim eboris nomen
imprimitur. sci desiderii flama
signat. Ebur uero est os magnorum
animalium non ignoramus. Ebore
itaque antiquo rubicundiores
sunt. quia sepe ante humanos
oculos non nullis precedentibus pa-
tribus studii feruentiores exis-
tunt. De quibus ut totum simul
ostendat adiungit. Saphiro
pulchriores. Etherei quippe
coloris est saphirus. Et quia prece-
dentes multos atque ad superna
tendentes per celestem conuersati-
onem uident uincere. narrant
saphiro pulchriores extitisse.

Sed plerumque dum uirtutum copia
etiam plus quam expedit profertur.
in quandam sui fiduciam mens ad-
ducitur. & decepta presumptio
propria repente peccato subripi-
ente fuscatur. Unde recte subiu-
ngitur. Denigrata est super carbo-
nes facies eorum. Nigri enim post
candorem fiunt. quia amissa dei
iusticia cum de se presumunt. in ea
etiam que non intelligunt pec-
cata dilabuntur. Et quia post a-
moris ignem ad frigus torporis
ueniunt. extinctis carbonibus
ex comparatione preferuntur. Non
numquam enim dum timorem dei per sui
fiduciam deserunt. etiam frigidis
mentibus frigidiores fiunt. De
quibus recte subiungit. Non sunt
cogniti in plateis. Platea quippe
sermonis greci ratione platitu-
dine dicitur. Quid uero est humane
menti angustius quam uoluntates
proprias frangere. de qua fracti-
one ueritas dicit. intrate per an-
gustam portam. quid autem latius
quam nullis propriis uoluntatibus
reluctari. & quaqua uersum
impulsus arbitrii duxerit. se
sine retractatione diffundere.
Qui ergo per fiduciam scitatis post po-
sito meliorum iudicio se sequuntur.
quasi per plateas pergunt. sed non
sunt cogniti in plateis. quia
de uita sua aliud ostenderant.

quando frangendo uoluntates ꝓ
prias in angusto se calle retine-
bant. Et bene addit. Adhesit
cutis eoꝝ ossib⁹. Quid in osse. n̄ du-
ricia fortitudinis. q̄d in cute.
n̄ mollicies exprimit. infirmita-
tis. Cutis ḡ eoꝝ adherere ossib⁹
dicitur. q̄a ab eis praua sentien-
tib⁹ infirmitas uicii duricia uir-
tutis putat. Infirma enī quę
faciunt sub elationis fiducia
decepti. fortib⁹ ea suspicionibus
iungunt. & quo de se magna
sentiunt. eo de sua nequicia e-
mendari contēpnunt. Unde re-
cte adiungit. Aruit. & facta ē
quasi lignū. Culpa q̄ppe eoꝝ tan-
to insensibilior redditur. q̄n-
to apud eos etiā laudabilis ha-
bet. Quā recte arida asserit. q̄a
nulla sui agnitione uiridescit.
Q̄d ḡ apud ieremiā ꝑ infirmita-
tē cutis. hoc apud beatū iob ꝑ
fragilitatē dicit cartillago. &
q̄d illic ossa ꝑ duriciā. hoc hic
lamminę ferreę memorant.
Sed uehemoth iste qui ꝑ mēbra
sua extremo tempore contra
electos dī tanta se arte iniq̄ta-
tis exercet. q̄ etiā ꝑ semetipsū
ad decipiendas mentes in tan-
ta insidiarū tergiuersatione
se exhibet. cui⁹ naturę. cui⁹ sit
conditionis audiam⁹. Neq; enī
tam mira vl magna opa posset.
si non ex magna conditione subsis-
teret. Unde & mox mira pietate
dn̄s. ac si causas tantę astutię
tantęq; fortitudinis redderet.
adiunxit dicens. Iste ē p̄ncipi-
um uiarū dī. Velut si aꝑte di-
ceret. Idcirco ad tam multa for-
titer sufficit. quia in natura
rerū hunc creando ꝑ substantiā
conditor p̄mū fecit. Quid enī
uias dī. n̄ eius actiones accipim⁹.
De quib⁹ dn̄s ꝑ ꝓpham dicit.
Non enī sunt uię meę sicut uię
urę. Et principiū uiarū dī ue-
hemoth dicitur. q̄a nimirū
cum cuncta creans ageret. hūc
primū condidit. quē reliquis
anglis eminentiorē fecit.
Huius primatus eminentiā con-
spicit ꝓpha cum dicit. Cedri
non fuerunt altiores illo in pa-
radyso dī. abietes non adequa-
uerunt sūmitatē eius. platā-
ni non fuerunt eque frondib⁹
illi⁹. Omne lignū paradysi dī n̄
est assimilatū illi. & pulchritu-
dini eius. quō speciosū fecit
eū in multis condensisq; fron-
dib⁹. Qui namq; accipi in cedris.
abietib⁹. & platanis possunt.
n̄ illa uirtutū cęlestiū ꝓcere
celsitudinis agmina in ęterna
leticię uiriditate plantata.
Quę quāuis excelsa sint condita.
huic tam̄ nec p̄lata sunt nec

equata. Qui speciosus factus in
multis condensisq; frondib⁹ di-
citur: q̄a quanta cęteris legio-
nib⁹ tanta species pulchriorē red-
didit. quanta & subposita an-
gelor̄ multitudo decorauit. Ista
arbor in paradyso d̄i. tot quasi
condendas frondes habuit. q̄t
sub se positas sup̄nor̄ spuūm
legiones attendit. Qui & idcir-
co peccans sine uenia d̄apnat⁹
est. quia magn⁹ sine cōparatione
fuerat creat⁹. Hinc ei rursū p̄eun-
dē p̄phām dicit. Tu signaculū
similitudinis. plen⁹ sapientia
& p̄fectus decore. in deliciis pa-
radysi d̄i fuisti. Multa enī de
ei⁹ magnitudine locuturus.
p̄mo uerbo cuncta cōplexus ē.
Quid namq; boni non habuit.
qui signaculū d̄i similitudinis
fuit. De sigillo quippe anu-
li talis similitudo imaginalit̄
exp̄mitur: qualis in sigillo
eodē essentialiter habet. Et
licet homo ad similitudinē
d̄i creatus sit. angl̄o tam̄ qua-
si mai⁹ aliquid tribuens n̄ eum
ad similitudinē d̄i conditū. s;
ipsū signaculū d̄i similitudi-
nis dicit. ut quo subtilior ē
natura. eo in illo similitudo d̄i
plen⁹ credat̄ exp̄ssa. Hinc ē
q̄d primatys ei⁹ potentiā ad
huc insinuans isdē p̄pha sub

iunxit. Omnis lapis p̄ciosus
op̄imentū tuum. sardius. topa-
zius. & iaspis. crisolitus. onix.
& berillus. saphyrus. carbuncu-
lus. & smaragdus. Nouē dixit
genera lapidū. quia nimirū no-
uē ordines sunt angelor̄. Nam
cum p̄sacra eloquia angl̄i. arch-
angeli. throni. d̄nationes. uirtu-
tes. p̄ncipatus. potestates. cheru-
bin. atq; seraphin. ap̄ta narrati-
one memorantur. sup̄nor̄ ciuiū
quantę sint distinctiones osten-
ditur. Quib⁹ tamen uehemoth
iste op̄tus fuisse describitur.
q̄a eos quasi uestē ad ornamen-
tū suū habuit. quor̄ d̄u clari-
tatē transcenderet. ex eor̄ cōpa-
ratione clarior fuit. De cui⁹ il-
lic adhuc descriptione subiun-
git. Aurū opus decoris tui. &
foramina tua in die qua condi-
tus es p̄parata sunt. Aurū opus
decoris ei⁹ extitit. q̄a sapien-
tię claritate canduit. quā be-
ne creatus accepit. foramina
ū idcirco in lapidib⁹ fiunt. ut
uinculati auro in ornam̄ti cō-
positione iungantur. & nequa-
quā a se dissidant. q̄s interfusū
aurū repletis foraminib⁹ ligat.
Hui⁹ g̊ lapidis in die conditionis
suę foramina p̄parata sunt. q̄a
uidelicet capax caritatis ē con-
ditus. Qua si repleri uoluisset.

stantib⁹ angl̄is tamquā positis
in regis ornamento lapidib⁹ po-
tuisset inherere. Si enī caritatis
auro se se penetrabile p̄buisset. /
scīs angelis sociatus in ornam̄to
ut diximꝰ regio lapis iste fixus
maneret. Habuit ḡ lapis iste fo-
ramina. / sed ꝑ suꝑbie uiciū cari-
tatis auro non sunt repleta. Nam
que idcirco ligant̄ auro ne ca-
dant. / idcirco iste cecidit. quia
etiā ꝑforatus manu artificis
amoris uinculis ligari contēp-
sit. Nunc aut̄ ceteri lapides qui
huic similiter fuerant ꝑforati.
penetrante se inuicē caritate
ligati sunt. / atq; hoc in munere
isto cadente meruerunt. ut ne-
quaq̄m iam de ornam̄to regio
cadendo soluant̄. Huiꝰ p̄ncipatꝰ
celsitudinē ad huc isd̄e ꝓpheta
intuens adiunxit. Tu cherub
extentus & ꝓtegens in monte
scō d̄i. / in medio lapid̄u ignitoꝝ
ꝑfectus ambulasti. Cherubin
quippe plenitudo scientie d̄r.
Et idcirco iste cherubin dicit̄. /
q̄a transcendisse cunctos scien-
tia non dubitat̄. Qui in medio
ignitoꝝ lapid̄u ꝑfectus ambu-
lauit. / q̄a inter angeloꝝ corda
caritatis igne succensa clarus
gl̄a conditionis extitit. Quem
bene extentū ac ꝓtegentē di-
cit. Omne enī qd̄ extenti ꝓte-
gimus obumbramꝰ. / & q̄a in cō-
ꝑatione claritatis sue obumbras-
se ceteroꝝ claritatē credit̄. ipse
extentus & ꝓtegens fuisse ꝑhibe-
tur. Reliquos enī quasi obum-
brando oꝑuit. / qui eoꝝ magni-
tudinē excellentia maiore tran-
scendit. Qd̄ ḡ illic speciosus in
multis frondib⁹. q̄d illic signa-
culū similitudinis. q̄d illic che-
rubin. qd̄ illic ꝓtegens dicitur. /
hoc hic uoce d̄nica uehemoth
iste uiarū d̄i principiū uocat̄.
De quo idcirco tam mira in quib⁹
fuit. & que amisit insinuat. /
ut territo homini ostendat.
q̄d ipse si suꝑbiat. de elationis
sue culpa passurus sit. / si feri-
endo illi parcere noluit. quē
creando in gl̄am tante clarita-
tis eleuauit. Consideret ḡ q̄d
elatus in terra mereatur. / si &
p̄latus angl̄is angl̄s in celo
ꝓsternitur. Unde & bene ꝑ
ꝓph̄am dicit̄. Inebriatus est
in celo gladiꝰ meus. Ac si aꝑte
diceret. Qua ira feriā suꝑbos
terre ꝑpendite. / si ipsos etiā
quos in celo iuxta me condidi.
ꝓelationis uicio ꝑcutere non
peꝑci. Tot itaq; antiqui hostis
uirtutib⁹ auditis. tanta mag-
nitudine conditionis eiꝰ cogni-
ta. quis non in mensa formidi-
ne corruat. / quis non desꝑati-

onis ꝑcussione succumbat. Sed
q̄a elationē nr̄am ostensa hostis
potentia rep̄mit. etiā infirmita
tē nr̄am d̄ns patefacta gr̄a suę dis
pensationis fouet. Vnde cum eū
principiū uiarū suarū diceret.
ilico adiunxit. Qui fecit eū ap
plicauit gladiū ei⁹. Gladi⁹ quippe
uehemoth istius. ipsa nocendi
malicia ē. Sed ab eo a quo bonus
ꝑnaturā factus ē gladius ei⁹ ap
plicatur. q̄a ei⁹ malicia diuina
dispensatione restringit. ne fe
rire tantū mentes hominū q̄n
tū appetit ꝑmittat. Q̄d ḡ hos
tis nr̄ & multū potest. & min⁹
ꝑcutit. ei⁹ gladiū pietas condi
toris astringit. ut replicatus
intra ei⁹ conscientiā lateat. & ul
tra quā desup iuste disponit
se se in mortes hominū ei⁹ ma
licia non extendat. Q̄d ḡ ad
multa fortit̄ ꝑualet. hoc de
principio magnę conditionis
potest. q̄d ū a quibusd̄a uin
cit. eius nimirū gladi⁹ ab auc
tore replicat. Iste namq; uehe
moth q̄a principiū uiarū d̄i ē.
cum contra sc̄m uirū licentiā
tēptationis accepit. gentes mo
uit. greges abstulit. ignē de
cęlo deposuit. ꝑturbato aere
uentos excitauit. domū con
cutiens subruit. conuiuantes
filios extinxit. uxoris mentē
in dolo prauę suasionis exercuit.
mariti carnē inflictis uulneribꝰ
confodit. sed ei⁹ gladius a condi
tore replicat. cum dicit. Animā
illius serua. Qui replicato gladio
quantę infirmitatis sit. eugl̄io
attestante describitur. q̄a nec ma
nere in obsesso homine potuit.
nec rursus inuadere bruta ani
malia non iussus ꝑsumpsit di
cens. Si eicis nos. mitte nos in gre
gem porcoꝝ. Malicię quippe gla
dius quā sit replicat⁹ ostenditur.
cui si potestas summa licentiam
non ꝑbet. grassari nec in porcos
ualet. Quando ḡ uehemoth iste
sua sponte nocere factis ad dei
imaginē hominibꝰ audeat. de
quo nimirū constat q̄d non ius
sus contingere nec porcos ꝑsu
mat. Notandū quoq; ē q̄d d̄u
uiarū d̄i principiū uehemoth
dicitur. uesanū dogma arrii
aꝑta ratione dissipat. Facturā
quippe d̄i filiū fatet. Ecce ue
hemoth in factura rerū prim⁹
creatus ostendit. Sup ē ḡ. ut
arri⁹ aut non filiū factum ꝑdi
cet. aut eū post uehemoth con
ditū stultus putet. Quia ū om
ne q̄d applicat. in semetipsū
reducitur. recte applicat⁹ ue
hemoth gladi⁹ dicit. In semet
ipso namq; se ei⁹ malicia deco
quit. cū aduotū suū se se con

ra electoꝝ uirtꝰ phibita non exercet. ¶ Multos aut exigentib⁹ meritis ferre pmittitur. ut cum dñm deserunt. dapnato hosti famulent. ab electis ꝺ eo ualenti uincitur. quo soli auctori omnũ humili⁹ substernunt. Qua ꝙ phoc qd uarũ dicit principiũ dicitur. phoc qd pmittente deo ualde intolerabilis demonstratꝰ. apte cognoscim⁹ cum quanto hoste pugnemus. sup ẽ ut unus quisq; nrm tanto se plenius auctori subiciat. quanto contra se ueriꝰ uiolentas aduersarii uires pensat. Quid nãq; nos in pulueris sumus. Quid namq; ille in unus atq; excelestib⁹ spiritibꝰ. spc. æ qd adhuc maius ẽ summus. Quid ꝙ de ppria uirtute audeat. quando contra angelos principẽ puluis pugnat. Sed qa supnos spũum conditor terrenũ corpus assumpsit. recte iam supbientẽ anglm humilis puluis uincit. Inherendo quippe uere fortitudini uires accepit. quas transfuga spc cum semetipsũ sequit amisit. æ dignũ ẽ ut uincat apulueret. qui fortẽ se credidit deserto creatore. ut supatus inueniat. quia defecit elatus. ualde aut seuiens anhelat. qd cum ipsũ ima crucient. homo ad summa conscendat. qd nulla celsitudine subuecta caro pmaneat. aqua tantus ipse spc sine fine pfectus iacet. Sed loca mentiũ. mutaunt ordines meritoꝝ. Sic sic supbia meruit deici. sic humilitas exaltari. quatenꝰ æ celestis spc erigendo se tartarũ toleret. æ terra humilis sine termino sup celos regnet. Amen.

Explicit Liber xxxv⁹. Sc̃ds.

Incipit hystoria libri. xxxvij.

Hinc ouiones herbas ferunt. omis bestiꝰ agri ludent ibi. Sub umbra dormit in secreto calami. in locis humid⁹. Pregnant umbre umbra ei. circũdabũt eũ salices torrẽtis. Ecce absorbebit fluuiũ nõ mirabit. habet fiduciã qd influat iordanis in os ei. In oculis ei quasi hamo capiet eũ. æ in sudib⁹ pforabit nares ei. An excidere potes leuiathan hamo. aut fune ligabis linguã ei. Numqd ponet circulũ in naribꝰ ei. aut armilla pforabit maxillã ei. Numqd multiplicabit ad te pces. aut loquet tibi mollia. Numqd feriet tecũ pactũ. accipies eũ seruũ sempiternũ. Numqd illudes ei. qsi aui. aut ligabis eũ ancillis tuis. Concident eũ amici. diuident illũ negotiatores. Numqd implebis sagenas pelle ei. aut gurgustriũ pisciũ capite illi⁹ ponens sup eũ manũ tuã. Memento belli. ne ultra addas log. Ecce spes ei frustrabit eũ. et uidentib⁹ cunctis pcipitabit. Non qsi crudelis suscitabo illũ. Quis ergo potꝰ resistere uultui meo. Et an dedit mihi. ut reddã ei. Omnia que sub celo sunt.

mea sunt. Non parcam ei. et uerbis potentibus ad
deprecandum compositis. Quis reuelabit faciem
indumenti eius. Et in medium oris eius quis intrabit.
Portas uultus eius quis aperiet. Per gyrum dentium eius
formido. Corpus illius quasi scuta fusilia. et com-
pactum squamis se prementibus. Vna uni con-
iungitur. et ne spiraculum quidem incedit per eas.
Vna alteri adherebit. et tenentes se nequaquam
separabuntur. Sternutatio illius splendor ignis.
et oculi eius ut palpebre diluculi. De ore eius la-
pades procedunt. sicut tede ignis accense. De
naribus eius procedit fumus. sicut olle succense atque
feruentes. Halitus eius prunas ardere facit.
et flamma de ore eius egreditur. Expl. hyst.

Incip liber. xxx. iii.

ANTIQVO
HOSTI QVI SUB
uehemoth nomine
dominica uoce descri-
bitur. superbi quique
tanto familiarius seruiunt. quanto
huius uite successibus apud semetip-
sos altius intumescunt. His namque
cum gloria augetur elatio. cum elatione
uero additur cura. huc illucque animus
tenditur. quia et desideria cum
rebus crescunt. Cumque cogitati-
ones innumeras quasi agri fenum
proferunt. eisdem cogitationibus ue-
lunt desiderato pabulo uehemoth
istius famem pascunt. Vnde recte nunc
dicitur. Huic montes herbas fe-
runt. In scriptura sacra cum nu-
mero singulari mons ponitur.
aliquando incarnatus dominus. aliquando
sancta ecclesia. aliquando testamentum domini.
aliquando apostata angelus. aliquan-
do quilibet hereticus designatur.
Cum uero montes plurali numero nu-
merantur. aliquando celsitudo a-
postolorum atque prophetarum. aliquando
uero secularium potestatum tumor exprimitur.
Mons namque dominum signat.
sicut scriptum est. Et erit in nouis-
simis diebus preparatus mons domus
domini in uertice montium. Mons quippe
in uertice est montium. incar-
natus dominus transcendens celsitu-
dinem prophetarum. Rursum per montem
sancta ecclesia designatur. sicut scrip-
tum est. Qui confidunt in domino sicut
mons syon. Syon namque speculatio
dicitur. per quam scilicet specula-
tionem contemplans dominum ecclesia figu-
ratur. Rursum per montem testamentum
domini exprimitur. sicut abacuc ait.
Deus a lybano ueniet. et sanctus de mon-
te umbroso et condenso. Qui enim
se uenturum per testamenti sui pa-
ginas spopondit. quasi inde
uenit. unde uelut sub promissio-
ne se deuouit. Quod uidelicet tes-
tamentum bene mons umbrosus
et condensus dicitur. quia spissis alle-
goriarum obscuritatibus opacatur.
Rursum per montem angelus apostata
designatur. sicut [illegible] sub baby-
lonis regis specie de antiquo hoste
predicatoribus dicitur. Super montem
caligosum leuate signum. Predica-

tores quippe sci sup caligosu mon-
te signu eleuant. quando contra
sathane supbiam qui sepe sub ne-
bula simulationis absconditur. uir-
tute crucis exaltant. Rursu per
monte hereticus quilibet expri-
mitur. sicut ex uoce ecclie psalmi-
sta ait. In dno confido. quom di-
citis anime mee. transmigra in
monte sicut passer. Cum eni
fideli anime unitate derelicta.
intumenti doctrina confidere
heretici pdicatoris dicitur. deser-
to dno quasi in monte transmi-
grare suadetur. Rursu p montes
aplorum atq; pphariu celsitudo
signatur. sicut scriptu e. iusticia
tua sicut montes di. et uoce
pauli dicitur. ut nos efficeremur
iusticia di in ipso. vl sicut ite-
ru uoce spantis psalmista ait.
Leuaui oculos meos ad montes.
unde ueniet auxiliu mi. Rursu
p montes sclarium potestatu
tumor exprimitur. de quib psal-
mista ait. montes sicut cera
fluxerunt a facie dni. qa mul-
ti qui pri alta rigiditate tumu-
erunt. do in carne apparente
magno sunt p penitentia ti-
more liquefacti. vl sicut idem
ppha iteru dicit. Ascendunt
montes et descendunt campi.
Plerique eni psecutores dni. sup-
bi contra eu ueniunt. sed ab
eo humiles reuertuntur. Qui mon-
tes ascendunt p tumore potentie.
sed campi descendunt. plani ui-
delicet facti p cognitione culpe.
Sed qa non nulli in elationis sue
altitudine remanent. et ad di-
uina obsequia flecti humiliter
dedignantur. p eo qd iuxta de-
sideriu antiqui hostis praua co-
gitare ac ppetrare non desinunt.
recte hoc loco de uehemoth dicitur.
Huic montes herbas ferunt. Elati
namq; scli huic uehemoth her-
bas ferunt. quia ex eo illu refi-
ciunt. qd nequiter opantur.
qa suas illi offerunt fluxas et
lubricas uoluptates. Erunt eni
ait apls homines se ipsos aman-
tes. quor descriptione coplexys
e dicens. Voluptatu amatores
magis qua di. Que e g herba
montium. n uoluptas fluxa q
ex corde gignitur supbor. Qui
n dm supbiendo contepnerent.
nequaqua tot lubrica lasciui-
endo ppetrarent. Quib nimiru
herbis uehemoth iste pascitur.
quia in eis pena eterne mortis
esuriens eor pditis morib saci-
atur. Supbi eni hui scli. et si
quando supne dispensationis
ordine ppediti. ab expletione
prauor opum cessant. praua
tamen in cogitatione multipli-
cant. m ut se potentiores ce-

teris reb' & honorib' ostendant. / m̄ ut eande suā potentiā in studio aliene lesionis exerceant. / m̄ ut lubricis motib' ducti. p facta se leuia uoluptatesq; dissoluant.

Qui d̄u reb' diuinitus acceptis. nequaq̄m recta sed praua semp agere cogitant. / q̄d aliud faciunt n̄ suis contra d̄nm doni pugnant.

Quia ḡ uehemoth iste in sup̄boꝝ mentib' sua desideria semp recognoscit. / quasi herbas in montib' inuenit. quib' refectū sue malicie uentrē tendit. Bene aut̄ subdit. Om̄s bestie agri ludent ibi. Quid p bestias. n̄ inmundi sp̄c. / quid p agrū. n̄ p̄sens sc̄lm designatur. Vnde de ipso malignoꝝ sp̄uum p̄ncipe contra effraim dicit. bestia agri scindet eos. / vl' sicut ysaias ait. Mala bestia non transibit p eam. Quia aut̄ agri nomine mundus accipit. / d̄nicus per euglm sermo testat̄ qui ait.

Ager aut̄ ē mundus. Agri ḡ bestie in herbis montiū ludunt. / q̄a p̄iecta de sup̄iorib' in hoc mundo demonia prauis sup̄boꝝ op̄ibus delectant. Bestie in herbis ludunt. / cum rep̄bi sp̄c humana corda in inlicitas cogitationes p̄trahunt. An non inmundis sp̄itib' ludere ē. mentes hominū ad d̄i imaginem conditas. m̄ ficta p̄missione decipe. / m̄ uacuis terrorib' irridere. / m̄ eis transitoria gaudia quasi mansura inp̄mere. / m̄ mansuras penas quasi transitorias leuigare.

Harū p̄culdubio bestiarū illusione p̄timuerat q̄ dicebat. Ds̄ m̄s inte confido non erubescam. / neq; irrideant me inimici mei. Quia ḡ sup̄boꝝ cor ad omne uicium sternit. ut cuilibet irruenti malignoꝝ sp̄ui praua cogitatione p̄paretur. / recte de herbis montiū dicit. Om̄s bestie agri ludent ibi. Peo enī q̄d sup̄bi quiq; nullū malū cogitando p̄tereunt. / nulla ē agri bestia que non horū montiū herba saciet.

Nam & si quando carnis luxuriā fugiunt. interioris luxurie uiciū de ipsa castitate gl'ando cōmittunt. / si q̄ndo nil auare exteri' rapiunt. nequaquā ab illecebra auaricie mundi sunt. / q̄a & si res nullas ambiunt. fauore tam̄ hominū laude de continentia rape conant. Huic ḡ uehemoth montes herbas ferunt. & om̄s agri bestie ludunt ibi. / quia in sup̄boꝝ corde q̄libet malignus sp̄c tantó latius pascit. quantó & omne uiciū de sup̄bia generat. Sed quia audiuimus q̄d iste uehemoth comedat. / nunc audiam' necē ē. u

interim ꝑ prauũ suũ desideriũ re-
quiescat. Sequit̃. Sub umbra
dormit. in secreto calami. in lo-
cis humentib⁹. Obumbratio in
sacro eloquio aliquando incar-
natio d̃ni ponitur: vl̃ mentis
refrigeriũ a feruore carnaliũ
cogitationũ. Vnde ⁊ appellati-
one umbrę ex suꝑna ꝓtectione
hoc ipsũ refrigeriũ cordis insi-
nuari solet. Aliq̃ndo ũ umbra.
recedente caritate torpor fri-
gidę mentis accipit̃. Nam qd̃
d̃nica incarnatio seruata hystō-
rię ueritate obumbrationis ap-
pellatione signetur: angl̃i ser-
mo testat̃. qui ad mariã dicit.
Virtus altissimi obumbrabit t̃. Incarnatio
Quia enĩ umbra non aliter exp̃-
mit̃. n̄ ꝑ lumen ⁊ corpus. uirt⁹
ei altissimi obumbrauit. quia
in ei⁹ utero lux incorporea cor-
pus sumpsit. ex qua uidelicet
obumbratione om̃e in se refri-
geriũ mentis accepit. Q̃d rursũ
ꝑ umbrã ex suꝑna ꝓtectione re-
frigeriũ cordis exp̃mit̃. sicut
psalmista ait. sub umbra alarꝫ
tuarũ ꝓtege me. vl̃ sic̃ sponsa
in canticis canticoꝝ aduentũ
sponsi p̃stolata ꝓnuntiat dicens.
Sub umbra illi⁹ quã desiderabã
sedi. Ac si dicat. Ab estu deside-
rioꝝ carnaliũ sub aduentus il-
lius ꝓtectione requieui. Rur-
sum ꝑ umbrã recedente caritate tor-
por frigidę mentis exp̃mitur:
sicut de peccante homine scrip-
tũ est. quia secutus ẽ umbram.
Calorẽ enĩ caritatis fugiens uerũ
solẽ homo deseruit. ⁊ sub um-
bra se interni frigoris abscondit.
Vnde ⁊ uoce ei⁹d̃e ueritatis d̃r.
Habundabit iniquitas refrigescet
caritas multoꝝ. Vnde prim⁹ homo
post culpã inter arbores para-
dysi. ad aurã post meridiem
absconsus inuenit̃. Quia enĩ me-
ridianũ caritatis calorẽ ꝑdide-
rat. iam sub peccati umbra q̃si
sub frigore aure torpebat. Iste
ḡ uehemoth quia in illis quasi
quand̃a requiẽ inuenit. quos
aueri solis ardore subtrahendo
frigidos facit. sub umbra dor-
mire ꝑhibet̃. Non numquã ũ
ꝑ umbrã. si tamen cũ abiectione
mortis ponat̃. vl̃ mors carnis
exp̃mitur: vl̃ quilibet reꝓbi
qui antiqui hostis tenebras stu-
dio prauę oꝑationis imitant̃.
Vnde uoce martyrũ ꝑ psalmistã
dicit̃. Humiliasti nos in loco
afflictionis. ⁊ oꝑuit nos um-
bra mortis. Vmbra enĩ mortis
electos d̃i opp̃mit. cum mors
carnis quę imago mortis ęter-
nę ẽ. ab hac eos uita disiungit.
q̃a sicut illa ad̃o animã. ita
hęc ab anima separat corpus;

Vel certe umbra eos mortis exprimit.
quia de antiquo hoste scriptum est.
Nomen illi mors. Umbra quoque mortis
sunt omnes reprobi. quia illius nequiciam
elatione imitantur. eiusque imagi-
nem quasi umbram exprimunt. dum eius
in se malicie similitudinem tra-
hunt. Qui electos dei operiunt.
dum contra illos in atrocitate per-
secutionis temporaliter conuales-
cunt. Hoc autem loco umbra nequi-
cie torpor accipitur. in qua iste
uehemoth dormit. quia contra
corda caritate calentia sollicitus
uigilat. in frigidis autem menti-
bus securus iacet. Dormire enim
in sanctorum cordibus non potest. quia
et si quando se in eis ad breue
momentum collocat. ipse eum de-
siderio celestium estus fatigat.
et quasi toties ut recedat pun-
gitur. quotiens ab eis amore
intimo ad eterna suspiratur. Tan-
te eum uoces excitant. quante
ex illorum mentibus sancte cogitatio-
nes ad celum clamant. Unde fit
ut bonarum actionum armis terri-
tus ac suspiriorum spiculis percus-
sus fugiat. et ad corda reproborum
frigida rediens. eam quam securus
possidebat malicie umbram que-
rat. Que ubi ab illo inueniatur
ostenditur. cum protinus subinfertur.
In secreto calami. In sacro elo-
quio calami uel harundinis
appellatione. aliquando uerbum
manens. aliquando doctorum pericia.
aliquando mobilitas mentis. ali-
quando nitor glorie temporalis acci-
pitur. Per calamum quippe uerbi eter-
nitas designatur. cum uoce patris
per psalmistam dicitur. Lingua mea
calamus scribe uelociter scriben-
tis. Quia enim quod loquimur transit.
quod scribimus permanet. lingua
patris scribe calamus dicitur. quia
ab eo est uerbum illius coeternum. ac si-
ne transitu generatum. Rursum per
calamum scriptorum doctrina exprimitur.
sicut de sancta ecclesia propheta
pollicetur dicens. In cubilibus in qui-
bus prius dracones habitabant.
orietur uiror calami et iunci.
Iua nimirum sententia sicut in
hoc opere longe superius diximus.
per calamum exprimitur doctrina
scribentium. per iuncum uiriditas
auditorum. Rursum per calamum seu
certe per harundinem mentis mo-
bilitas designatur. sicut iudeorum
turbis in iohannis laude a domino
dicitur. Quid ex istis in desertum
uidere. harundinem uento agi-
tatam. Ut uidelicet subin-
telligatur. iohannes quippe ha-
rundo uento agitata non erat.
quia eius mentem spiritum sancto solidam per
diuersas partes nullus lin-
guarum flatus inclinabat. Rur-
sum per calamum uel harundinem

nitor glę temporalis exprimitur. sicut de iustis p sapientiā dicit. Fulgebunt iusti. & sicut scintillę in harundineto discurrent. Harundinetū nāq; uitā sclariū appellat. qui more harundinū p temporale glam foris quasi ad alta pficiunt. sed intus a soliditate ueritatis inanescunt. Unde & iudeorū regnū calamo cōparatur. cum p pphām apparente in ueritate carnis dno dicit. Calamū quassatū non conteret. & linū fumigans n extinguet. Quid enī calami nomine n iudaici ppli temporale regnū denuntiatur. nitens quidē exterius. sed interi uacuum. Et qa in eodē pplo genus iam regale defecerat. & regnū ei alienigena possidebat. apte hoc idē regnum quassatū calamū uocat. Quid ū p linū. n ei sacerdotiū exprimitur. qd lineis nimirū uestib utebatur. Qd quia in aduentu dni caritatis ardorē pdidit. quasi amisso iam igne fidei non ardens sed fumigans fuit. Incarnat aut dns calamū quassatū non confregit. & linū fumigans n extinxit. qa iudeę regnū qd pene destructū iam fuerat. eiq; sacerdotiū qd ignē fidei non tenebat. non potestate iudicii pculit. sed cū patientię longanimitate tolerauit. Hoc g loco qd aliud appellatione calami n mentes sclarium. temporali glę deditę designant. qui tanto apud semetipsos intus inanescunt. quanto altę & nitidę exteri ostenduntur. qa dū ad exteriorē glam p supficiem defluunt. nulla intus firmitate solidant. More quippe calami intus quidē sunt pfatuitatē uacui. sed foris p speciem & ostentationem pulchri. sed quanto ab eis exterior gla studiosi querit. tanto eorū corda grauioribus cogitationū stimulis agitant. Unde recte nunc uehemoth iste in secreto calami dormire phibet. quia quorū studia ad appetitū temporalis nitoris atq; altitudinis cōmouet. eorū corda tenati tenet. & quasi ibi ipse quiet dormit. ubi eos quos possidet quiescere non pmittit. Dum eos excedere ceteros honorū altitudine ambiunt. dū more calami p nitoris exterioris mundiciā iustorū speciē quasi solidarū arborū uerticē uincunt. in hoc qd ipsi interi uacui remanent. locū uehemoth isti ubi apud se requiescere debeat pbent. Unde & in euglio ueritas dicit. qd spc exiens qui in locis ari-

dis & in aquosis requiē non inue-
nit. quia domū quā reliquerat.
uacuā scopisq; mundatā reppe-
rit. hanc multiplicior intrauit.
Quia enī fluxa fit terra quę in-
funditur. loca arentia atq; in aq̄-
sa sunt corda iustoꝝ. quę ꝑ dis-
ciplinę fortitudinē ab omni car-
nalis concupiscentię humore
siccantur. Vnde hic quoq; ad huc
ubi uehemoth iste dormiat. ne-
cessario demonstratur. cū ꝓtinus
subditur. In locis humentibꝰ. Lo-
ca namq; humentia sunt terre-
noꝝ hominū mentes. quas hu-
mor carnalis concupiscentię
q̄a replet fluidas facit. In quibꝰ
uehemoth iste iniquitatis suę
uestigia tantō altiꝰ inprimit.
quantō in eisdē mentibꝰ ꝑtran-
situs illiꝰ quasi in fluxā terrā
descendit. Loca quoq; humen-
tia. sunt opa uoluptuosa. Pes
quippe in arida terra n̄ labitur.
fixus ū in lubrica uix tenetur.
In locis ū humentibꝰ iter uitę p̄-
sentis faciunt. qui in hac ad
iusticiā recti stare n̄ possunt.
In his itaq; locis humentibꝰ ue-
hemoth dormit. quia in rep-
boꝝ hominū lubrica opatione
requiescit. Non nulli ū loca hu-
mentia membra genitalia su-
spicantur. Cōd si ita ē. q̄d aꝑte
aliud locis humentibꝰ. n̄ luxu-
ria designatur. ut ꝑ calamū gl̄a
suꝑbię. & ꝑ loca humentia luxu-
ria corporis exp̄matur. Duo q̄p-
pe sunt uicia quę humano ge-
neri immaniter d̄nantur. unū
uidelicet sp̄c. atq; aliud carnis.
Elatio namq; sp̄m erigit. luxuria
carnē corrūpit. Antiquus itaq;
hostis humanū genꝰ vl̄ ꝑelatio-
nē p̄cipue vl̄ ꝑ luxuriā p̄mens.
in secreto calami atq; in locis hu-
mentibꝰ dormit. q̄a d̄apnatum
hominē sub ditione suę d̄natio-
nis. aut ꝑelationē sp̄c. aut ꝑ car-
nis corruptionē tenet. Quos d̄a
ū in utroq; possidet. quia cū eos
sp̄c suꝑbię eleuat. a tumore suę
altitudinis nec uerecundia cor-
ruptionis inclinat. Sed nūq̄d
contra hos intra sc̄am ęcc̄lam
incessanter cottidie uirtutum
magistri non uigilant. Numq̄d re-
darguere uoluptates infimas.
& suadere gaudia patrię cęles-
tis cessant. Sed prauoꝝ men-
tes tanto obstinatiꝰ sūma non
audiunt. quantō artiꝰ in infi-
mis inheserunt. quibꝰ nec hoc
sufficit ut ipsi ꝑeant. sed ad
huc q̄d deteriꝰ ē cū quos libet
argui emendariq; conspiciunt.
iusto increpationibꝰ obuiant.
ne saltī alii corrigantur. Vnde
& bene subditur. Ꝑtegunt um-
brę umbrā eiꝰ. Vmbre quippe

sunt diaboli om̄s iniqui. qui imitationi iniq̄tatis ei⁹ inseruiunt. quasi ab ei⁹ corpore imaginis speciem trahunt. Sicut enī umbre ei⁹ sunt pluralit̄ rep̄bi. ita singulariter umbra ei⁹ unus quisq; peccator ē. sed d̄u doctrine iustoꝝ mali contradicunt. d̄u ab eis iniquū quemlibet corrigi non p̄mittunt. umbre uehemoth isti⁹ umbrā ei⁹ p̄tegunt. q̄a peccatores quiq; in quo sibi male sunt conscii in eo & aliū peccantem defendunt. Vmbre umbrā ei⁹ p̄tegunt. d̄u nequissimoꝝ facta nequiores p̄uersis patrociniis tuent̄. Q̄d nimirū hoc studio faciunt. ne d̄u culpa in qua & ipsi obligati sunt. in aliis corrigit̄. ad ipsos q̄ndoq; ueniat̄. Se ḡ tegunt. d̄u alios p̄tegunt. quia suā uitā p̄uident impeti. unde alios considerant libera correptione confundi. sicq; fit ut sūma criminū d̄u defendit̄ augeatur. & uni⁹ cui⁹q; nequicia eo sit ad p̄petrand̄u facilis. quo difficilis ad puniend̄u. Scelera quippe peccantiū. tanto maiora incrementa p̄cipiunt. q̄nto p̄defensionē potentiū diu inulta tolerant̄. Sed tales quiq; seu extra eccl̄am seu intra sc̄am ecc̄lam ēē uideantur. tanto se ap̄tiores d̄i hostes exhibent.

q̄nto maiores sunt patroni uicioꝝ. Contra illū quippe suis defensionibus pugnant. cui ea que displicent defendendo multiplicant. Q̄d factū bene p̄ p̄phām d̄ns sub babylonis specie redarguit dicens. Oriunt̄ in domibus ei⁹ spine & urtice. & palliurus in munitionib⁹ eius. Quid nāq; p̄ urticas n̄ cogitationū prurigines. q̄d ū p̄ spinas. n̄ uicioꝝ punctiones accipimus. In domib⁹ ḡ babylonis urtice & spine pullulant. quia in confusione rep̄be m̄tis & desideria cogitationū surgūt que exasp̄ant. & op̄um peccata que pungunt. Sed hec agentes. habent etiā nequiores alios defensores suos. Vnde illic apte p̄tinus subdit. Et paliurus in munitionib⁹ ei⁹. Paliurus q̄ppe tanta spinarū circūdatione densescit. ut p̄ asp̄itate tangi uix possit. Intus ḡ urtica & spina nascit̄. sed utrūq; hoc exteri⁹ p̄ paliurū munitur. q̄a uidelicet minores iniqui mala quelibet faciunt. sed ea nequissimi maiores tuent̄. Vnde & huic subdit̄. P̄tegunt umbre umbrā ei⁹. Dum enī malū peior uindicat. quasi umbre umbrā ne aueritatis lumine irradiet̄ obscurat. Sequit̄. Circūdabunt eū salices torrentis. Infructu-

osę quidē arbores salicum. sed
tantę uiriditatis sunt. ut arescere
vl' abscisę radicitus & pjectę uix
possint. Unde & in sacro eloquio
salicū nomine aliq̄ndo p uiriditatē
boni. aliq̄ndo aut̄ p sterilitatē
reprobi designant̄. Nisi enim
electoꝝ uitā p constantiā suę uiriditatis
exprimerent. nequaq̄m
dn̄s de scē ecclę filiis p ppham
dixisset. Et germinabunt int̄
herbas sicut salices. iuxta p̄ter-
fluentes aquas. Scē ecclę filii in-
ter herbas sicut salices germi-
nant. dū inter arescentē uitā
carnaliū hominū & multipli-
ci numerositate & ppetua ui-
riditate pdurant. Qui bene iu-
xta p̄terfluentes aquas germi-
nare phibentur. quia unusq̄sq;
eoꝝ ubertatē ad fructū pcipit.
ex doctrina sacri eloquii qua
temporalit̄ pcurrit. Et rursū
n̄ p sterilitatē salicū uita pec-
cantiū signaretur. nequaq̄m
ex uoce p̄dicantiū contra baby-
loniā psalmista dixisset. In
salicibus in medio eius suspendimus
organa nr̄a. Babylonis quippe
in medio salices ēē describunt̄.
q̄a nimirū infructuosi quiq;
ab amore cęlestis patrię alieni
totis uisceribus cordis in hac scli
confusione ditant̄. Unde &
p̄dicatores scī in istis salicibus

non exercent organa sed suspen-
dunt. quia cū infructuosas ac
reprobas mentes aspiciunt. uim
p̄dicationis suę n̄ exhibent. sed
potius lugentes silent. Quid etiā
p torrentes. n̄ huius mortalis uitę
cursus exprimitur. De quo rursū
p ppham dicit̄. de torrente in uia
bibet ppterea exaltabit caput.
q̄a uidelicet redeptor nr̄ mor-
talis uitę penā in quodā transi-
tu attigit. & idcirco diu eidem
morti cui sponte succubuit n̄
inhesit. unde tercia die hoc q̄d
moriendo posuerat. resurgendo
caput eleuauit. Quid ē ḡ q̄d de
uehemoth isto dicit̄. circumda-
bunt eū salices torrentis. n̄ q̄d
amatores uitę mortalis a bonis
actibus quasi a fructibus alieni. tan-
to illi altius inherent. q̄nto eos
largius delectatio transitorię uo-
luptatis infudit. Hos enī q̄si
in radicibus torrens rigat. dū
in suis cogitationibus amor uitę
carnalis inebriat. Qui scilicet
more salicū fructus non ferūt.
sed in foliis uiridescunt. qui
ea quę grauia ad dicendū non
sunt. aliq̄ndo uerba honestatis
pferunt. sed nullū uitę pondus
ex bonis opibus ostendunt. Be-
ne ḡ dicit̄. circumdabunt eū sa-
lices torrentis. quia infructu-
osi quiq; dū amori uitę tem-

poralis inseruiunt. antiquo hos-
ti puersis moribus familiarius obse-
cuntur. Sed quia quid etiam suis clien-
tibus impendatur audiuimus. nunc
etiam quid in illis agat audiamus.
Sequitur. Absorbebit fluuium et non
mirabitur. et habet fiduciam quod
influat iordanis in os eius. Qui
hoc loco fluuii nomine. nisi hu-
mani generis decursio designa-
tur. que uelut a fontis sue ori-
gine nascendo surgit. sed quasi
ad ima fluens moriendo pertransit.
Qui autem signantur appellatione ior-
danis. nisi qui iam inbuti sunt
sacramento baptismatis. Quia
enim redemptor noster in hoc flumine
baptizari dignatus est. eius nomi-
ne baptizati omnes exprimuntur.
in quo ipsum contigit sacramen-
tum baptismatis inchoari. Quia
igitur behemoth iste a mundi origi-
ne exortum uix paucis electis
euadentibus. humanum genus
in ima defluens usque ad redempti-
onis tempora. quasi quendam in
se fluuium traxit. bene nunc dicitur.
absorbebit fluuium et non mira-
bitur. quia uero post mediatoris ad-
uentum et quosdam qui recte uiue-
re negligunt. etiam fideles rapit.
recte subiungitur. Et habet fidu-
ciam. quod iordanis influat in os
eius. Ac si aperte diceretur. Ante re-
demptorem mundi mundum non
miratus absorbuit. sed quod acrius est.
etiam post redemptoris aduentum quos-
dam qui baptismatis sacramento
signati sunt. deglutire se posse
confidit. Alios namque sub xpiani-
tatis nomine positos deuorat.
quia in ipso eos fidei errore subpla-
ntat. alios a rectitudine fidei
nequaquam deuiat. sed ad usum
praue operationis inclinat. alios
quantum uult in operationem in
mundicie inflectere et non ua-
let. sed apud semetipsos intus
studio intentionis intorquet.
ut dum a caritate mentem diui-
dunt. rectum non sit quicquid ex-
trinsecus operantur. Et fidem tenent.
sed fidei uitam non tenent. qui
aut aperte illicita faciunt. aut
ex peruerso corde que agunt pra-
ua sunt. etiam si sancta uideantur.
Quia enim non nulli confitendo fi-
deles sunt non uiuendo. hinc est
quod uoce ueritatis dicitur. Non om-
nis qui dicit mihi domine domine. intrabit
in regnum celorum. Hinc rursum ait.
Quid autem uocatis me domine domine.
et non facitis que dico. Hinc
paulus ait. Confitentur se nosse
deum. factis autem negant. Hinc
iohannes dicit. Qui dicit se nosse
deum et mandata eius non custo-
dit. mendax est. Hinc de ipsa
prima sua plebe dominus conqueritur
dicens. Populus hic me labiis ho-

norat. cor eorum longe est a me. Hinc
etiam psalmista ait. Dilexerunt eum
in ore suo. et lingua sua mentiti
sunt ei. Sed minime mirum fuit.
quod uehemoth iste ante lauacri
undam. ante sacramenta celestia.
ante corpoream presentiam redemptoris
humani generis. fluuium hiatu
profunde persuasionis absorbuit.
sed hoc ualde mirum. hoc ualde
terribile est. quia multos aperto
ore etiam post cognitionem redemptoris
suscepit. post lauacri
undam polluit. post sacramenta
celestia ad inferni profunda rapit.
Dicatur quod dicatur terribiliter uoce
ueritatis. absorbebit fluuium
et non mirabitur. et habet fiduciam
quod influat iordanis in
os eius. Neque enim pro magno diabolus
habuit. quod infideles tulit. sed
toto nunc annisu in illorum se
morte erigit. quos contra se regeneratos
tabescit. Nemo quidem fide
sine operibus sibi sufficere posse
confidat. cum scimus quod scriptum
sit. fides sine operibus ociosa est.
Nullus uehemoth morsum ex sola
confessione fidei plene euasisse
se estimet. quia iam quidem
fluuium absorbuit. sed adhuc
iordanem sitit. et totiens in ore
illius iordanis fluit. quotiens xpianus
quisque ad iniquitatem defluit.
Os quidem eius iam fide nos
subleuante fugimus. sed magno
studio curandum est. ne in hac lubrica
operatione dilabamur. Si ambulandi
cautela negligitur. incassum
credendo rectum iter tenetur. quia
uia quidem fidei ad celestem patriam
proficit. sed offendentes minime
perducit. Habemus adhuc quod in
hac re subtilius perpendamus. Hi enim
quos per iordanem diximus exprimi.
possunt per fluuium designari. Qui
enim fidem iam ueritatis agnouerunt.
sed uiuere fideliter negligunt.
recte fluuius dici possunt.
quia uidelicet deorsum fluunt.
Iordanis uero hebreo uocabulo descensio
eorum dicitur. Et sunt non nulli
qui uiam ueritatis appetentes
semetipsos abiciunt. atque a uite
ueteris elatione descendunt.
cumque eterna cupiunt. ualde
se ab hoc mundo alienos reddunt.
dum non solum aliena non appetunt.
sed etiam sua derelinquunt.
non solum in eo gloriam nostram
querunt. sed hanc cum se obtulerit
etiam contempnunt. Hinc
est etiam quod uoce ueritatis dicitur.
Si quis uult post me uenire abneget
semetipsum. Semetipsum enim
abnegat. qui calcato typo superbie
ante dei oculos esse se alienum
demonstrat. Hinc psalmista ait.
Memor ero tui de terra iordanis
et hermonim. Iordanis quippe

ut dixi descensio. hermon anathe-
ma. id ē alienatio interp̄tat. De ter-
ra q̄ iordanis & hermon reminis-
citur. quia in eo qd̄ semetipsum
deicit. atq; a se alienꝰ extitit. ad
conditoris sui memoriā reuocat.
Sed antiquus hostis p̄ magno hoc
non habet. cum sub iure suę ty-
rannidis terrena querentes te-
net. Ipheta quippe attestante
cognouimus. quia esca eiꝰ electa.
Neq; mirū deputat. si eos absorbe-
at. quos sup̄bia erigit. auaricia
tabefacit. uoluptas dilatat. ma-
licia angustat. ira inflammat.
discordia separat. inuidia ex-
ulcerat. luxuria inquinans ne-
cat. Absorbebit q̄ fluuiū & non
mirabitur. quia p̄ magno non
estimat cum eos deuorat. qui p̄
ipsa uitę suę studia deorsū cur-
runt. sed illos magnope rapere
nititur. quos despectis terrenis de-
sideriis. studiis iungi etiā celes-
tibꝰ contemplat. Unde absorpto
fluuio recte subiungit. & habet
fiduciā q̄d influat iordanis in
os eiꝰ. q̄a illos insidiando rapere
appetit. q̄s p̄ amore sup̄nę patrię
to [illegible] ap̄sentis uitę gl̄a semet-
quę lon[illegible] ipsos deicere agnoscit.
Naribꝰ q̄ ue[illegible] Non nulli q̄ppe mundꝰ
sidię desi[illegible] deserit. & honoꝝ t̄nse-
gacissim[illegible] untiū uana derelin-
dis nr̄i [illegible] quunt. & ima humilita-
tis appetentes humanę conuersa-
tionis morē bene uiuendo t̄nscen-
dunt. atq; in tanta studioꝝ arce
p̄ficiunt. ut signoꝝ iā uirtutes
op̄entur. s; q̄a semetipsos circū-
spicientes tegere negligūt. in anis
gl̄ę telo p̄cussi peiꝰ de alto ruunt.
Hinc enī ē qd̄ eternus iudex. q̄ oc-
culta cordis examinat. eius d̄e
ruinę casū p̄nuntians intentat
cū dicit. Multi dicent m̄ in illa
die. d̄ne d̄ne. nonne in tuo nōie
p̄phauimꝰ. & in tuo nōie demonia
eiecimꝰ. & in tuo nomine uirtutes
multas fecimꝰ. Et tunc confite-
bor illis. q̄a nūquā noui uos.
Discedite a me om̄s q̄ op̄amini in-
iquitatē. nescio q̄ estis. Hinc etiā
p̄ p̄phām dicit. Vocauit d̄ns iu-
diciū ad ignem. & deuorauit
abyssū multā. & comedit partē
domꝰ. Iudiciū q̄ppe ad ignē uo-
catur. cū iusticię sententia ad
pęnā iā ęternę concremationis
ostendit. Et multā abyssū deuo-
rat. q̄a iniquas atq; rep̄hensibi-
les hominū mentes concremat.
quę nunc se hominibꝰ etiā sub
signoꝝ miraculis occultant. Pars
aut̄ comeditur. q̄a illos gehenna
deuorat. q̄ nunc q̄si in scīs actibꝰ
de electoꝝ numero se eē gl̄ant.
Qui q̄ hic iordanis. ipsi illic pars
domus uocant. Antiquus q̄ hos-
tis habet fiduciā. q̄a in os eius &

iordanis influat. quia non nunquam
calliditatis suę insidiis eos etiam
qui iam electi putantur necat. Sed cuius
cordis duriciam non ista domini uerba
perturbent. Cuius mentis constan-
tiam non ab intimis cogitationum
radicibus quatiatur. cum hostis nostri
tantę esse contra nos fortitudinis
demonstratur. Nullum ne erit
consolationis adiutorium. Erit
certe. Nam subditur. In oculis eius
quasi hamo capiet eum. Notandum
ualde est quod scripturę suę uer-
ba miscenditer temperans deus. mo-
do nos asperis incitationibus ter-
ret. modo blandis consolationibus re-
fouet. et terrorem fomentis mis-
cet. et fomenta terrori. ut deum cir-
ca nos utrumque mira magisterii
arte temperatur. nec desperati in
ueniamur territi. nec incaute
securi. Nam cum uehemoth astu-
tas insidias atque effrenatas ui-
res multiplicibus sententiis in-
dicasset. protinus unigeniti filii
sui redemptoris nostri commendat
aduentum. et quo ab illo ordi-
ne uehemoth iste sit perimen-
dus insinuat. ut quia cor nostrum
narrata illius uirtute perculerat.
meroremque nostrum cicius indicata eius
perditione releuaret. Igitur post-
quam dixit. absorbebit fluuium
et non mirabitur. et habet fidu-
ciam quod influat iordanis in

os eius. ipsum ilico aduentum dominicę
incarnationis eius annuntiat di-
cens. In oculis eius quasi hamo ca-
piet eum. Quis nesciat quod in hamo
esca ostenditur. aculeus occultatur.
Esca enim prouocat. ut aculeus pun-
gat. Dominus itaque noster ad humani
generis redemptionem ueniens. ue-
lut quendam de se in nece diabo-
li hamum fecit. Assumpsit corpus.
ut in eo uehemoth iste quasi
escam suam mortem carnis appeteret.
Iuam mortem deum in illo iniuste ap-
petit. nos quos quasi iuste te-
nebat amisit. In hamo quoque eius in
carnationis captus est. quia deum
in illo appetiit escam corporis.
transfixus est aculeo diuinitatis.
Ibi quippe inerat humanitas.
